QVeris qd ego de uirginitate ſentiã:cum ſint nõnulli:q eã uirtutē eē negent. Nõ.n. tẽperantiæ eē ſpeciē nec ullũ eius extremũ:qd̃ inter parũ nimiſq uerſaſ:ſed cõtrariũ prorſus. Rē ſane q̃ris non paruam neq cõtenendã:ut q cælibatũ cõiugio p̃tuleris:nã quã in muliebri ſexu uirginitatē dicimus:eã i uirili nõ uirginitatē:ſed cælibatũ priſci uocãt:cupias p tua in me ſingulari beniuolentiã tuã ai grauē pbatiſſimãq ſniam meis ẽt aliqbus rõnibus cõfirmari. itaq altius mihi repetẽdũ ē: quo nõ ueritati minus ſatiſfaciã:q̃ tibi homini amiciſſimi & optimo. Omniũ primũ hoc nobis ppoſitũ eſſe uolo ita cõiugiũ uirginitati ſubiici: ut parē numeꝝ impari. Quæcũq paria in arca Noe ſuata ſũt aialia: ea immũda fuiſſe qs ambigat Et unus ē deus:& numero deus impare gaudet. Vt igſ impar numer9 mũdus ē ita paria oia immũdiciæ ſũt obnoxia. Quod ẽt idē poeta Vir. Platõe Pythagoricoſq ſecut9 cũ minime ignoraſſet:facit i. vi. æne. lib. Deiphœbũ talia locutũ. Ne ſæui magna ſacerdos diſcedã. explebo numerũ. reddarq tenebris. Reſpõdet Iquã Deiphœbus turbatæ Sybille:ne ob p̃ſentiã cõfabulationẽq ſuã iraſcaſ:qm̃ continuo diſcedet:numerũq diminuet:iparē. ſ. & ternariũ. Nõ.n. huiuſmõi numerus cõueniebat apud manes: qbus ẽt dũ uano gẽtiũ more ſacrificareſ:nõ ipari:ſed pari numero aræ dicabanſ duæ. Nã diis ſuperis tris aras poni mos fuerat. Verſabaſ.n. ſupſtitioſa illa gẽtilitas i eo quoq errore:ut & bonos quos uocabat:& malos deos uenerãdos opinareſ:alteros qdē:ut eẽnt pfuturi:malos ãt:ne nocerẽt. Nõne idē Maro platonicus quidã Pythagoricuſq poeta in ai quoq partione ternario ipariq numero uſus ē. Quid.n. cũ ait Celſa ſedet æolus arce ſceptra tenẽs. Mollitq aios & tẽperat iras:aliud ſẽſiſſe arbitremur poetã prudẽtiſſimũ:quã ai rationē:cuius ſedē in cerebro tãq̃ in arce eē uoluit:eiuſq & cupiditates & iras in carcere q̃ſi quadã intra p̃cordia ſecurq relegatas æoli ſceptro:hoc ē rõnis impio molliẽdas tẽperãdaſq ſubiecit. illã qdem imparis numeri cõcluſione p̃fectã eſſe:duas partis reliquas imperfectas. Totum autem in ſe numerum & imparem eē eundēq perfectum! Sed quid poetarum:quid philoſophorum:qd gentilitatis illius uane utimur teſtimoniis: Vnde hauriamus aut locupletius:aut uerius argumentum:q̃ ab eo: quod & ſolum & ſemper eſt: & idem per ſe ſubſiſtiſ. Vna eſt diuina eademq ſubſtantia. Hac in tribus æqualiter abſoluteq pſonis ineſſe & apte dicim9 & indubitato credimus. Nã q̃q̃ deus:q infinitus ē:nullo numero capi poteſt:numerũ tñ nõ aſpernaſ: in eo enim quod tris eſſe dicimus:in eſſe numerũ qs negarit! Quod ſi eũ cõſiderare uoluerimus:q ſit tres:numeꝝ non eſſe inueniamus. Nec ſane mihi uideor ignorare eos numeros:qui ad ſeipſos recurrunt in ſuis partibus illis:qua in ſũmam redactæ fuerint pfectos dici ſolitos:& eos rurſum dici impfectos: quorũ iſtiuſmodi ptes: ubi ſimul ducanſ:nequeunt eoſdē:implere numeros quoꝝ ipſi ſunt partes. Nã quoꝝ numeroꝝ partes etiaꝫ excedere reperiuntur:tum abundantis:tum pluſq̃ pfectos nominari manifeſtum eſt. at qui in numero ternario:ob quē ipſum quoq Ariſtoteles diuinã ſantificationē uenerationẽq introductã eſſe teſtatur: eaꝫ uideo ineſſe perfectionē:qd̃ nulla ē parte mãcus:ſed plane totus:quippe qui & principium habet:& medium: & finem. Ac ne in re perſpicua uideri uoluiſſe:ut iuuenis:argutior inſimuler:num ulla paris in trinitate:an imparis numeri rõne utimur: At uos ois numerorũ paritas:ad unius eius:quod cuiuſq numeri & principiũ eſt & cauſa:referſ imparitatē:ita quæq pariũ pfectio ipſius in paris pfectioni ſubiecta ē:ut agenti patiens. Ex quo ſit:ut pfectio coniugii. quod aut in remediũ incontinentiæ aut ad procreandos liberos eſt inuentum & conſtitutũ:lõge ſit inferior perfectione uirginitatis & cælibatus:quæ ipſa ſua quadam ui naturaq laudatur:eoq pluris ducitur. quod nõ præcepti ui cogiſ:ſed offertur ultro. Et matrimonio quidē creſcit:ac multiplicatur hominum genus:terraq repletur. Virginitatis aũt & cælibat9 bono chorus quaſi quidã angelicus augetur cæluq repletur. itaq tibi mi fracãzane nõ poſſum nõ gratulari:qui militare Chriſti & uirginale ſagulũ coniugali ocioſæq togæ ſæculi prætuliſti:qui humanũ omnem fulgorem ne minima quideꝫ coruſcatiõis ſcintilla cũ ſplendore cæleſtis gloriæ conferendum exiſtimaris. Induiſti te inquã Bartholomeæ mi dilectiſſime Chriſti ueſte:& ea quidē ueſte:quæ unius eſt impariſq numeri. Hanc ut incorruptam puramq tueare:te nõ ſolum hortor:ſed etiam rogo: Verum decepiſti Philelphum tuum quē olim religiõem diui Benedicti inire cupientem:cum Venetiis ageret:anteq̃ in Thraciã nauigaret:ne id faceret:hortatus eſt: cum diceres fruſtra me tã longũ ſtudiũ ſuſcepiſſe:ſi ætatē oēm in tẽplo diui Georgii cognomento maioris orãdo contererem. Nec tñ accuſo iudicium tuum. Ita enim uiſum ē immortali deo. Itaq ut tua tu: ita ego mea ſorte contentus ſum:quo ipſe mihi faueas apud ſuperos:ego autem apud homines tibi. Hoc enim pacto cum omnia amicis cõmunia ſint:& cæli uterq & terræ gloriam conſequemur. Sed tu eo es fœlicior iudicandus:quod uirtute quadam heroica clarus eris. Nam ego ſatis ſim habiturus:ſi coniugii lauder apud homines. Quod auteꝫ ſcire uis:quot ego in præſentia ætatis ſum annos natus:accipe breuibus. Ago ætatis ãnũ trigeſimũ:qppe: q natus ſim anno a Chriſti natali die trecẽteſimo nonageſimo octauo ſupra annum milleſimum: & id qdem ad octauam Kal. Auguſtas. de hac urbis conditione nihil eſt:quod ad te ſcribam. Agitantũr enim omnia pcellis ac fluctibus: Nec multum a naufragio abſumus. Vale. ex Bononia nonis decembris. Mccccxxviii.

Franciſcus phi. Andreæ cõſtãtinopolitão theologo ordis p̃dicatoꝝ ac rhodioꝝ archiepõ. S.D.

LItteras tuas ex urbe Roma cum libenter uidi:tum lectitaui q̃ iucundiſſime. Erant.n. nõ grauiſſimæ ſolum:ſed etiam locupletiſſimæ teſtes ſingularis tuæ erga me caritatis. Quod ãt me hortaris: iſtuc ut q̃primũ ueniã:id mihi hoc tẽpore neq̃q̃ eſt integrũ. Nã florentinis obſtrictus ſũ in an-

num docendi munus. Nec mihi quicq̃ duco honorabilius fide. Quã ſi pateret meo aliquo emolumẽto iſti mã fieri: rumores quos increbuiſſe clariſſimos de me ſcribis apud ſũmũ põtificẽ: leuiſſimos redderẽ ac mẽdacis. Verũ cũ p ſtudii uacatione: dabit: ibo in urbẽ Romã: & qđ me mones: q̃ diligẽtiſſime tuebor. Quãdo autem hinc mihi mouẽdũ ſit: nõ ſatis ſcio. Dominicus. n. Capranicanus qui electus firmanus p Martino ſũmo põtifice legatus apoſtolicus maximus uiribus urbẽ obſidet: oppugnatq̃ cõſtantiſſime: nondũ mihi concedere uoluit tuti itineris litteras. Quid ãt in cã ſit: ignoro. Tu interea temporis. Vale. & qđ ad tempus ſis i Thraciã Rhodũue ſoluturus: me tuis litteris certiorẽ facito. Ex bononia. Idibus decemb. Mccccxxviii.

℄ Franciſcus philelphus Thomæ Sarzanenſi. S. D.

QVam mihi uerbis reuerẽdiſſimi Cardinalis tui imo nſi cõditionẽ pponis apud nobiliſſimũ iſtũ munificẽtiſſimũq̃ pricipẽ Nicolaũ æſtenſem: & ſi putilis ẽ atq̃ honorifica: eã admittere nequaq̃ poſſum. Sum enim florentinis obligatus annuo docẽdi munere: & id quidem ornatiſſime. Itaq̃ immortalis gratias ueli agas noie meo iſti humaniſſimo patri: cui me ſi diligentiſſime cõmẽdaris: rem facies amicitia noſtra admodum dignam. Vale. ex Bononia. xiiii. Kal. Ianuarias. Mccccxxviii.

℄ Franciſcus philelphus Bartholomæo fracanzano. S. D.

QVo frequẽtiores eunt ad me litteræ tuæ: eo maiore afficior uoluptate. in iis. n. lectitandis uideor & eſſe & loqui tecũ. Qđ aũt mirari te dicis a me uoluptatẽ laudari: cũ a Cicerone in q̃ſtiõibus tuſculanis & in libris de finibus bonorũ & malorũ apprime uituperet: nihil ẽ opus: ut mireris. Nã qđ cicero in aliis repræhẽdit: i hoc ipſe pſæpe peccat. Litigat. n. de uerbo: rẽ negligit q̃q̃ ne de uerbo q̃dẽ recte ſẽtit: Nã qđ uoluptas nõ oĩs ſit turpis: imo ſæpe ẽt honeſtiſſima cũ alia plæraq̃ eius ſcripta: tũ epiſtolaꝝ libri iſinitis i locis liq̃do declarãt. Præterea ſi bonũ ẽ ſcđm Ariſtotelẽ: qđ oĩa appetũt: nũ minus oĩa quæ ſenſu mouẽt: natura appetũt uoluptatẽ? Quod ãt ẽ ſcđm naturã: nũ id bonũ nõ ſit? Nã de ai uoluptate: q̃ ab honeſtis actiõibus pficiſcit: quæq̃ ex cotẽplatiõe ueritatis & dei capit maxĩa: nõ eã quiſq̃ neget eẽ bonũ & maximũ quidẽ bonũ? At referti ſũt grauiſſimorũ philoſophoꝝ libri: Ariſtotelisq̃ i primis ſubtiliſſimis & firmiſſimis quæſtiõibus: quibus & probatur prudentiſſime: & laudatur egregie uoluptas: Qua de ipſa pluribus ad te ſcriberem: ſi eſſem ocioſus: Sed cui eſſe ocii quicq̃ poſſit iter arma bellorumq̃ fragores: At qui dabitur tempus: ut ſpero: quo & tibi ſatiſfaciam & alios nonnullos iſtiuſmodi iprudentia una mecum liberabo. Nunc ignoſce breuitati meæ. Vale. ex Bononia pridie Kalen Ianuarias. Mccccxxviii.

℄ Franciſcus philelphus Thomæ ſarzanenſi. S. D.

EGo mi Thoma dilectiſſime ſum Florẽtinæ reip. iam obſtrictus annuo munere. Itaq̃ aliã nullã cõditionẽ poſſũ amplecti. Quid. n. dedecoroſius: q̃ uel eſſe: uel hẽri leuẽ? Nã ſidẽ minus ſeruare hoĩs ẽ nõ iiuſti ſolũ: ſed ipii. At ſcio nõ mõ reuerẽdiſſimus pater cardinalis tuus id ab me factũ iri nollet: ſꝫ nec ẽt tu q̃ ſpeculũ es imagoq̃ & pbitatis: & grauitatis. Vale. ex Bononia pridie Kal. ianuarias. Mccccxxviii.

℄ Franciſcus philelphus Ioanni auriſpæ. S. D.

DAmnas tu auriſpa cõſiliũ meũ: qđ noli eã cõditionẽ admittere: quã humaniſſim⁹ cardinalis bononiẽſis Nicolaus uir ſanctiſſimus mihi pponit: ſcribiſq̃ futuꝝ: ut me pœniteat mei inſtituti ſi maluero Florentinus: q̃ magnanio iſti principi Nicolao marchioni gratificari. Addiſq̃: ut mihi ante oculos ponã & Manuelẽ noſtrũ chriſoloram doctiſſimoꝝ uiroꝝ oium huius tẽpeſtatis princip ẽ: dum uixit: & alios nõnullos eruditos ac diſertos hoies: quoꝝ nemo diutius potuit agere florentiæ propter uarias quorũdã inſidias: quorũ inuidẽtia terra cælũq̃ uexat. At ego tibi paucis reſpõdeo. Et oium primũ maximas tibi & ago: & habeo gratias: qđ amiciſſime cõſulis rebus meis: ſed qd faciundũ ſuades. Nũ ut alicuius utilitatis gratia: qđ honeſtũ ẽ negligã: An es oblitus nihil apud me minus habere põderis: q̃ rei pecuniariæ rationẽ. Fidẽ dedi reip. florentinæ: quã certe inuiolate cõſtanterq̃ ſeruabo. Nec ulla patiar utilitatis ſpecie meæ initia hæc iuuentæ cuiuſq̃ leuitatis nomine accuſari. Inuidẽtium ãt morſus animi grauitate atq̃ magnitudine me facile uitaturum ſpero. Quod ſi minus mihi diu licuerit: operam dabo: ut aliorum id culpa factum iudicetur: non mea. Vale. ex bononia Kalen. Ianuarias. Mccccxxviii.

℄ Franciſcus philelphus Leonardo arretino. S. D.

NVlla ego in culpa ſum Leonarde arretine: qđ ad cõſtitutũ tẽpus ad uos nõ ierim. Scis. n. urbẽ hanc nõ obſideri modo ab eccleſiaſticis uiribus: ſed die noctuq̃ acerrime oppugnari. Hi prio q̃ reipu. præſunt: mihi abeũdi nullã dabãt facultatem. Qui ubi ab me multis fatigati tuꝫ præcib⁹: tũ ẽt quãdoq̃ cõuitiis expoſtulationibuſq̃ eã ceſſere: tum legatus apoſtolicus q̃ Martini põtificis maximi uicem in caſtris gerit: Dominicus capranicẽus tuti itineris litteras petenti mihi nullo pacto i hãc diem tribuit. Itaq̃ haud ſcio: qd ipſe ſum facturus. Verſor pfecto in maximis ai curis. Nec qd cõſilii capturus ſim: noui. Niſi fortaſſe mihi iucundũ putes aſpectũ quotidianũ gladioꝝ ac ſæuiciæ: cũ aliis laqueis gulæ frangũt: alii obtrũcãt alii ſcidunt i ptes: alii defodiũt: alii trucidãt. Quid plurib⁹. Oia hũano cruore madẽt. Iure ne: an iniuria: nõ ẽ meũ iudicare. Nã i ciuitate factiõibus ſeditiõibuſq̃ ardẽti nihil ẽ tã iiuſtũ: tã ipiũ: qđ minus deſ & pietati & iuſtitiæ. Hac in re unũ remediũ dari poſſe intelligo: ut publicis ueſtræ reip. litteris cõtendat ab hoc legato apoſtolico: ut me ad uos libere ac tuto ire patiat. Tuũ igit fuerit id q̃ primũ curare. Quod ſi feceris: re certo intelligo: ut propediẽ iſtic mutuo colloquio & quotidiana cõſuetudie nobis inuicẽ uti liceat. Va decus litterarũ & eloquentiæ: meq̃ ut facis: ama: ex Bononia. Idibus Februariis. Mccccxxix.

℄ Franciſcus philelphus Gabrieli mauro. S. D.

NIhil mihi fuit iucũdius tuis litteris Gabriel mi cariſſime: quibus humanitatẽ tuã ac morũ ſuauitatẽ bonitatẽq̃ ingenii ita repræſentas: ut te corã aſpicere: alloq: & cõplecti uidear. nõ poſſum mihi non



lætari: qđ ſtudiis olim meis ac lucubrationibus i e adoleſcẽte inſtituẽdo: id me uideã cõſecutũ: ut florẽtiſſimus ſenatus tuus talẽ ſit uiꝝ te habiturus: q & ãpliſſimæ patriæ futurus ſis ornamẽto: & amicis adminiculo atq̃ uoluptati. Incũbe igit p uiribus: teq̃ ãplificãdæ gloriæ totũ dede. Nõ multos hiturus eſt nobiliſſimus ſenatus tuus ſimilis tui. Noui acrimoniã ingenii tui: noui magnitudinẽ ai: noui cõſilium: noui pbitatẽ. Nihil hẽt tua reſp. te uno cõtinẽtius: nihil moderatius: nihil ad oẽs pclaras actiones: aut ſplẽdidius: aut ſtrenuum magis. Sed qd ego fruſtra ſim lõgior: q ita uideat te adhortari: q̃ſi nõ p te ſatis: q & puidẽdo: & cõſultãdo: & agẽdo nulli rei deeſſe poſſis. de fratris tui Dominici morib⁹ quæ ſcripſiſti: nõ potui nõ dolere. Sꝫ tu fer oia moderate: ætas. n. fortaſſis eius ai acerbitatem aliqñ ad maturitatẽ aget. Quod ſi ſecus accidat: tu te ipſo cõtentus eſto. Ego qđ ſcire uis: bene ualeo cũ uniuerſa familia: migraturus breui Florẽtiã ubi honoriſice & cõmode ſum futurus. Titum Liuiũ meũ cõmendo tibi. Vale. ex Bononia pridie Kal. martias. M. cccc. xxix.

℄ Franciſcus philelphus Leonardo arretino. S. D.

LErunt ad me tãdem litteræ ex caſtris a legato apoſtolico: quibus tuto hinc ad uos ire permittitur. Itaq̃ ad triduũ aut q̃triduũ Bononia abibo: Forũ Corneliũ uerſus: ita. n. quã Immolã appellare libet. Nã illud iter lõge tutius eſt hoc tpe pp hoſtiũ caſtra: q̃ a reliquis partibus urbi adiacẽt: q̃ qđ recta florẽtiã agit. Intellexi deniq̃ qd in cã fuerit: qđ hæ litteræ ante hunc dieꝫ mihi negatæ ſunt Conſpirarãt nõnulli ciues ac ſacerdos quidã ex ordine eremitarum pro Martino pontifice maximo contra hãc remp. Et quia legatus credebat certo urbe ſe potituruꝫ: nolebat me hinc abire. ſed ea conſpiratio & detecta eſt: & de coniuratoribus omnibus ſupplicium ſumptum. Quare legatus ſpe ſua fruſtratus: ultro litteras ad me miſit. Tu me inclytis principibus iſtis tuo amore & commendatum: & carum reddito: tibique in primis. Vale ex Bononia Pridie Nonas Apriles. Mccccxxix.

℄ Franciſcus philelphus Franciſco barbaro. S. D.

EX Immola haſce lr̃as ſeptimo idus Apriles ad te dedi: cũ eẽm poſtridie Florentiã petitur⁹. Quid enim diutius bononiæ expectarem in tãta gladiorum impunitate? Me plurimũ miſeret illius afflictæ urbis: quæ omni facinori. omni immanitati eſt: diritati expoſita. Ibi quicqd cuiq̃ collibuerit: licet. Nullus eſt clementiæ: nullus cõmiſerationi locus. Quare & ſi nihil mihi metuendũ erat: quippe qui omnibus eſſem cariſſimus: tamen omnia metuebam in tãta ciuiũ cæde. Spero mihi florẽtiæ forte ſecunda omnia: ſi quidem locus erit doctrinẽ & innocentiæ. Qua in urbe cum fuero: ſcribam ad te pluribus. Nunc ex itinere prolixiori mihi eſſe non licuit. Vale. ex immola. vii. idus apriles. Mccccxxix.

℄ Franciſcus philelphus Leonardo iuſtiniano. S. D.

ERipui me tãdem ex bononiẽſi naufragio: quo tota urbs perit. Petoq̃ Florentiã: quo ſum & honorifice: & pulcherrimis quidem præmiis publice accerſitus. Itaq̃ nõ mireris: ſi in præſentia paucis tecum egi: hæc enim ex itinere ſcripſi tibi. Cum Florẽtiæ mihi per otium dabitur: plurib⁹ tecum agam. Interea tpis rogo te per humanitatem tuã perq̃ meã in te obſeruantiam: ut memineris mei: librorũq̃ meoꝝ q̃ diligẽtiſſimã curã geras. Vale ex Immola. vii. idus Apriles. Mccccxxix.

℄ Franciſcus philelphus Marco ſympomano philoſopho atq̃ iureconſulto. S. D.

QVod me antea tuis humaniſſimis litteris monuiſti: ut me ex bononienſibus fluctibus in tutum aliquẽ portũ reciperẽ: id tãdẽ cũ primũ licuit: feci. Proficiſcorq̃ florentiã: hæc. n. ex itinere ſcripſi tibi. Scio maluiſſes p tua ſingulari erga me beniuolẽtia: apud uos eſſem q̃ optie de me meritos: Et idẽ ego maluiſſẽ. Quod ſi ea mãſiſſet me cõditio: cuius gr̃a ex Thracia ad uos ſoluerã a uobis nũq̃ abiſſẽ. Quo factũ ẽ ut neceſſitatẽ ſequar: nõ uolũtatẽ. Vale. ex Immola. vii. idus Apri. Mccccxxix.

℄ Franciſci philelphi Epiſtolam Liber Secundus.

Franciſcus philelphus Antonio luſco ſecretario apoſtolico. S. D.

GRatulatio tua Antoni luſce nõ debet mihi nõ pbatiſſima uideri: nã & uir es optius: & mei certe amãtiſſimus: haud. n. oblitus ſum: & q̃ mecũ olĩ Vicẽtiæ: cũ eſſem cõſtãtinopoli nauigaturus: locutus es: & quãtã mihi beniuolentiã oſtendiſti. At meã rurſus erga te obſeruãtiã aiaduerto te memoriter meminiſſe. Itaq̃ maximas habeo tibi gr̃as: qđ me tãq̃ in principiis ai tui iter honeſtiſſima amicitiæ monumẽta ſuare uolueris. Mihi ãt nõ poſſũ nõ iure optio lætari: cũ intelligo me nõ fruſtra te meis oibus ad pbitatẽ actionib⁹ pinde atq̃ calcẽ ppoſuiſſe: ad quã dirigẽdi ſint oẽs nõ bene loquendi ſolũ: ſed ẽt bene uiuẽdi cogitatus ac ſtudia nr̃a. Quod aũt me hortaris: ut romanã curiã petã cũ ea ſit ſola eruditiõis: & eloquẽtiæ domiciliũ ad idq̃ oẽ ſtudiũ tuũ atq̃ opã polliceris. & cõſiliũ pbo: & adminicula tua oia libẽter amplector: Verũ nõdũ mẽſis pteriit: poſteaq̃ Florentiã ueni. Quare neceſſe ẽ ut cõſtitutũ annũ tp̃s itegre abſoluã: qđ ubi fecero: ſi mihi tua opa: & gratia honeſtũ locũ apud põtificẽ maximum pponi intellexero: cõfeſtim in urbẽ aduolabo. Nã hic quãtũ mihi augurari iã uideor: inter Scyllã charibdiq̃ nauigabo. Quo ſit: ut q̃bus: aut rudẽtibus malũ: aut anchoris nauim muniã: haud facile queã hinc puidere. At eo ingenuũ ocium malim: q̃ periculoſum negociũ. nã hæc urbs nõ multo minus q̃ bononia factionibus diſſidet: quin eo periculoſius: quo acutiora uidentur mihi hominum ingenia & ad nocendum p cliuiora. Vale ex Florentia. xiii. Kalen. Maias. Anno a Natali Chriſtiano. Mccccxxix.

℄ Franciſcus philelphus Ioanni Auriſpæ. S. D.

QVod ſcire cupis: nihil te cælabo. Florentia me plurimum delectat. Eſt. n. urbs: cui nihil deſit: neq̃ ad ædificioꝝ magnificentiã atq̃ uenuſtatẽ: neq̃ ad ciuiũ dignitatẽ & amplitudinẽ. Adde: qđ uniſa in me ciuitas cõuerſa eſt. Oẽs me diligũt: honorãt oẽs: ac ſũmis laudibus i cælũ efferũt. Meũ nomen in ore eſt oibus. Nec primarii ciues modo: cum per urbem incedo: ſed ipſæ ẽt nobiliſſimæ fœ

mīnæ honorandi mei gratia locum cædunt: Tantumq; mihi deferunt: ut me pudeat tanti cultus. Audito-
res ſunt quottidie ad q̄dringētos: uel fortaſſis ēt ampli⁹: & hi quidē magna ex parte uiri grādiores & ex ordi
ne ſēatorio. Quid multis? oīa mihi ſecūda lætaq; ſūt. Cæteꝝ quo me fortunatiorē eē aīaduerto: eo magis mi
hi metuo ab īſidiis īuidētiū. Nicolaus Nicolus & Carolus aretinus quottidie me publice audituri adeūt una
cū aliis ciuibus. Et Nicolaus quidē: quātū ī hāc diē aīaduertere potui: hō ē loquacior: ſed nō admodū uafer:
quippe q efficiat facile ac temere oīa. At Carolus ωὁ ϖεῥ ὁτῦγνοὁ ωνκαι μισανὁρωϖοὁ. triſtis eſt ſem-
per: ac loquitur nihil. Viderurq; mōſtri quippiā ītus alere. Et ſūt q mihi dicāt eū cauendū eo eē magis: quo
magis ſilet: id. n. nō a modeſtia atq; uerecūdia proficiſci: ſed ab inuidētiæ uulnere. Ego tamē ī portu nauigo.
Leonardus aūt arretinus mihi uehementer afficiť: quē eo puto rerū meaꝝ ſtudioſum magis fore: q̄d aduētu
p̄ſentiaq; mea maximo ē leuatus onere. Nā & Nicolaus: & Carolus: q an̄ aduentū meum illi plurimū detra
hebāt: ab oī eiuſmōi calūnia maledictoq; deſtitere mea cā: ut exiſtimať deterreri q̄d uidiſſēt ab me Leonardū
publice: & grauiter: & ornate: & pleno ore laudatū. Coſm⁹ medices ut humāitatis plurimū p̄ſe fert: adiit me
p humane: nec id ſemel: ſed iteꝝ atq; iteꝝ: dixit q̄ ſi q mihi in re opus foret opa ſua: ne de ſe mihi deeſſem un
q̄: nā ſeſe mihi defutuꝝ nunq̄. Pallas Strotia ſplendidiſſimus eques auratus oibus in rebus mihi ſp adeſt: ho
noriq; & cōmodis meis oibus nō ſecus ſtudet: ac ſi eſſem filius. Ambroſius monachus uir diſertiſſimus: & ſi
me amare uideť plurimū: tamē nō pōt mihi nō ſuſpectus eē. καὶ γαρέϖαινουν τονημων ωὁχρη τον
αρρητινον λ-ϖναρ Δῶν εφη αλλοῦκαι οθαὁκαλωὁ τον ανΔρα: Quæ qdez oratio. οὖκει ναιμοι
Δοκει ανΔρὁὁ καὶ αγαθοῦ. Haberem tibi ſcribeť alia: & quidē plura quæ nūc cōſulto p̄tereo. Tu ſi q̄d
habes de rebus oriētalibus: fac ut ſciā. Theodora te ſalutat. Vale. ex florētia pridie Kal. Augu. Mccccxxix.

ℭ Franciſcus philelp hus Marco canetulo equiti aurato ac iurecōſulto. S. D.

NE uideat oblitus amicitiæ nr̄æ: in illudq; p̄uerbiū īcidiſſe: quo dici ſolet: Quod abeſt ab oculo id
quoq; abeſſe a corde: uolui uerbis paucis te adire: quæ ſi diligēter cōſideraueris: iudicabis nō ab
ſurdū eē cōſiliū meū: & ſi admonitio ē potius: q̄ cōſiliū. Qui enim conſulat iuuenis uiro graui
& ſapiēti? Videmus tn̄ fieri ſæpe uſu: ut q ludo calculoꝝ iterſunt: & ſi ſpectatores ſunt: nō colluſo
res: nō nihil acuti⁹ uideāt: q̄ ii quoꝝ ē ludus. Quis. n. ignorat uæhemētiore aī affectu plerūq; ac-
cidere: ut mendacio cedat ueritas: honeſtaſq; turpitudini? Quo maiore qs dignitate pollet: eo reddiť iſolen-
tior: ſi minus recta utiť rōne: ac prudētia quidē ē: q recta rō definiť. Hæc uero ita ſine uirtutū moraliū admi
niculis ē manca: ut uirtutes reliquæ nullæ ſunt ſine prudētia. Nec pōt qſq̄ bene uti bonis iſtis: quæ uel cor-
poris uel fortunæ tribuunť: niſi uir bonus fuerit. Et uir quidē bonus nunq̄ abutať neq; honorib⁹: neq; diui
tiis: nec ullis oīo iſtiuſmōi cōmodis: ēt ſi id faceť īpune quiuerit. At abſoluta uirtute q caruerit: & cogitet ob
licētiā & dicat & faciat ſecus oīa q̄ par ſit. Quo fieri uidemus: ut iſtiuſmōi hoies & ſe tādē p̄dāt: & p̄riam. Ego
ſane mi Marce nihil huiuſmōi de te uereor: noui. n. moderationē aī tui egregiāq; prudētiā. Sed cū mecū me
moria repeto: quæ tū āno ſuperiore p̄petrari apd̄ uos uidi: tū deinde abſens: & audiui: & audio quottidie: nō
debeo nō metuere & tibi & tuis: ne aliqn̄ nimia iſta licētia & uobis oibus: & Bononienſi reipu. magnā ſit cla
dē importatura. Quid. n. p deū imortalē adeo ciuili cruore p̄fundimini? Vos nō alienis mō (q̄q̄ nemo de-
bet alienus duci: q ciuis ſit) ſed ne ſanguine qdē cōiunctiſſimis parcitis quādoqdē eodē ordine hētis omnes
quos ulla uel minima aī offenſiōe oderitis. Offenſio aūt iſtiuſmōi omnis nō ab æmulatione uirtutis q̄ cha-
ritatē mutuā. non odiū parit: ſed q̄d tua bona cū uēia ductū ueli: parti ab auaritia parti ab ābitione manat:
Quæ duæ p̄niciosiſſimæ peſtes in ciuitate iura diuina oia hūanaq; p̄uertūt. Harū uos inq̄ ſtimulis agitati: p
pēm īpietatē factionis īter uos digladiamini: Et ita in oēs ueluti debacchamini: ut ditionē eccleſiaſticā ī trucu
lētiā imanēq; tyrannida mutaueritis. Nolite obſecro p tātā impotētiā diritatēq; aīorū latius ferri. Cohibere
iā tandē odiū recordatione ciuilis ſocietatis. Iniicite frænū iræ. Perturbationi rō dominet. An illud fortaſſis
eſtis obliti: Mihi uindictā: & ego retribuā. At illud ſaltem memineritis: hodie mihi: cras tibi: Nec. n. uos latet
quāta mutabilitas ſoleat eſſe fortūæ. Quonā clauo: quo rubore rotā eius ita ſiſtaris: ut uobis p̄petua ſit futu
ra? Quo magis alludit: blandiť fauet: eo fallit de īprouiſo magis: nocetq; acerbius. Præterea qbus Iaſon ille
pheræus: aut leon: aut phalaris: aut clearchus: aut Nero uel mortu⁹ nō eſt odio. At clæmētia. C. Iulii Cæſa
ris: Iuſtitia traiani: Pietas Antonini: grauitas Alexādri ſeueri ī dies magis magiſq; laudať. Quæ ab me fidē
tius nūc ſcripta ſūt Marce uir clariſſime. hæc amici oēs tui. quos florētiæ p̄multos habes: & loquūtur & ſen-
tiūt. Sed hæc a me pluribus fortaſſe. q̄ oportuit. Nec. n. ipſe docēdus es: q & iure cōſultus: & uir ſapiētiſſim⁹
docere alios cōſueuiſti. Cæteꝝ uis amoris: ut hæc audacter ſcriberē: & me cohortata: quæ ſcio: pro tua ſingu
lāri prudentia in bonam partem accipies. Vale. ex Florentia. iii. Nonas Decembres. Mccccxxix.

ℭ Franciſcus philelphus Ioanni Iamolæ. S. D.

QVod fieri certior ab me quæris: q̄d ipſe de me ſtatuerim: hoc ē: manſurus ne ſim Florētiæ in pro
ximum annū: an alio cōceſſurus: quid tibi reſpondeā haud ſatis ſcio. Delectat me certe urbs: de
lectāt ciues. delectat ēt cælū ipſū: q̄d ad præclara dextraq; ingenia uim plurimā habet. Cæteruȝ
terrēt me ciuiles diſcordiæ: quas hic nō minoris: q̄ bononiæ uigere: ut indies inualeſcere magis
aīaduerto. At in ciuitate ſeditioſa quæ quies: q̄ trāquillitas ulla cuiq̄ eſſe queat? Quin eo mihi
magis hic q̄ bononiæ ciuiles diſcordiæ metuēdæ ſūt: q̄d Bononiēſes tui ſibiipſis nocent: peregrinis āt fauēt
oēs. At Florētiæ ſecus oīa. Accedit ad hāc difficultatē: quod mihi paratæ ſunt priuatæ quædā illorū inſidiæ
qui uirū hic doctū neminē uellēt. quo ipſi inter luſcos oculatiſſimi uiderenť. Itaq; oīno hinc mihi alio tādeȝ
migrandū ē: ſi uel uelim & mihi: & rebus meis ſalubriter eſſe cōſultū. Sed quoniā tēpoꝝ eſt habenda ratio:
nunc mihi uelliſicādū eſt p uentoꝝ flatibus. Quo fit: ut in p̄ximū quoq; annū hic futurus ſim. Vis autem



accedat ad priſtinā tuā ī eū benignitatē: te ēt atq; ēt rogo. Vale. ex Florētia. iii. Kal. Ianuarias. Mccccxxxii.

ℭ Franciſcus Philelphus Ioanni Auriſpæ. S. D.

MIhi polluce meo uehæmēter ē opus: Itaq; rogo te: ut eū ad me ire q̄primū cures: nā illū tibi tātiſp
uſui dedi: donec abs te repeterem. Quare fac: ne ſecundū hac de re ad te ſcribaȝ. Vale. ex florētia.
iiii. Kal. ianuarias. Mccccxxxii.

ℭ Franciſcus philelphus Ambroſio monacho. S. D.

LItteræ mihi tuæ ſemp gratiſſimæ fuerūt: & ī preſētia: q̄ antea lōge gratiores: īdicāt. n. dilucide: ab
qbus mihi cauēdū ſit. Veꝝ utar eqdem more meo: ut & nemini noceam & laceſſitus iniuria me
uitū eſſe meminerim: Vale. ex ædibus noſtris florentiæ. xiii. Kal. februarias. Mccccxxxiii.

ℭ Franciſcus philelphus Thomæ ſarzanenſi. S. D.

PLacuerunt: quæ ſcripſiſti mihi uerbis reuerēdiſſimi comiſq; p̄ris Cardinalis. Nec aliud quiq̄ hēo
quod reſpondeam: q̄ maturato opus eſſe. Nam hic omnia ſunt turbulenta: & mihi nequaq̄ tuta
Cām tibi iampridē ſignificaui. Cura igitur: ne fruſtra mihi ſcripſiſſe iudiceris. Vale. & me claris-
tiſſimo patri cardinali & cōmēdatū: & carum reddito. ex florentia. xiii. Kal. apriles. Mccccxxxiii.

ℭ Franciſcus philelphus Charolo aretino. S. D.

SVnt nōnulli: q me mōuerint: ut mihi a te caueā. Moliri. n. te mihi neſcio quas inſidias: ut qui eru
ditiōe & p̄bitate nequeas facinore mihi noceas. Sum eqdē id miratus: quod neq; deū metuēs nec
hominū famā: tanto ſceleri te obnoxiū ſis facturus: p̄ſertim eū nullā hēas iuſtā aduerſus me cām
Nō. n. mihi uitio dādū ē: ſi te doctior exiſtimor magiſq; diſertus: ſed ingenio ignauiæq; tuæ: q ſi
ita litteris: & bonaꝝ artiū diſciplinæ opaȝ dares: ut exercēdo fœnori & flagitio: eſſes me fortaſſe multo ſupi-
or. Nā quod iactites iis anchoris te mūitū ut nullos fluctus: nullos turbines p̄timeſcas: uidi ego p̄ſæpe tātū
eē uētoꝝ ipetū ut nullæ anchoræ: nullū robur: nulla alia munimīa ſatis ſint: q̄ ualidiſſimas ēt naues tueāť
quo minus obruātur fluctuū uorticibus. ac patiantur deniq; naufragiū. Itaq; prudētius feceris: ſi rōi malue
ris: q̄ p̄turbationi parere: quaꝝ altera excutit ex hoium mentibus tenebras inſaniæ: deturbatio uero lucē ſa
piētiæ. Tu de me Charole nihil habes: quod iure queas expoſtulare. Nā neq; publice: neq; priuati nocui ti-
bi unq̄. Quin tu ſcis: nōnunq̄ es a me pulcherrime laudat⁹: uel tū maxime: cū a qbuſdā grauibus integer
rimiſq; uiris eſſem cōmonefactus te mihi moliri inſidias: Id. n. iccirco ab me factū eſt: ut aliquando te pude
ret tui: atq; reſipiſceres. Sed quātū poſſum augurari: tanta eſt uis morbi: quo inuidentia te excruciat: ut nul-
lis neq; humanitatis: neq; admonitionis remediis ad ſanitatem redeas. Me tamen nullæ tuæ mouebunt in
iuriæ: quominus p̄gam ſimilis eſſe mei. Vale. Florētiæ ex ædibus noſtris Idibus Aprilibus. Mccccxxxiii.

ℭ Franciſcus philelphus Nicolao nicolo.

EGo te nicolae nicole uel ex uſq; Conſtantinopoli ex Chryſolora ſocero meo ſapiētiſſimo clariſſi
moq; uiro: quo eſſes ingenio: qbus moribus: ad unguē didiceram. Cūq; poſtea ī Italiā reuertiſſem
eadē ac ēt plura tū ex Guaryno ueronēſi tū ex Ioāne Auriſpa uiris prudētiſſimis & apprie erudi-
tis audierā. Nec dediſti tū ea præſtare oia: qbus te mihi ſūma beniuolētia deuicirē. At nullis meis
nec officiis: nec meritis potui te aliū reddere: q̄ eſſes & nā factus: & ex diuturna cōſuetudie cōfirmat⁹: q̄ppe
q tibi magnæ laudi ducas: ſi p̄ſtare id q̄as: ut uiri oēs docti & boni tua opa & iduſtria florētia extrudāť. Ita-
q; glorìaris & Chryſolorā florētia eē a te expulſū: & Guarinū & auriſpā ābos turpiter electos. Reliquū eſſe
Philelphum unū: quē aut breui exulē facies aut male afficies. Quid iſta ſibi tua uelit oratio nō itelligo: ſi. n.
eiuſmodi ſunt nerui tui: ut mihi qcq̄ poſſis icōmodare. Nā quod ad florētiā attinet: ego mea ſpōte iuidiæ.
cædere inſtitui: non minis tuis: q nullaꝝ es uiriū: nulliuſq; auctoritatis uir: nō metu potētioris cuiuſpiā: cui⁹
opibus audaciaq; īſanis: ſed ut uiuā ipſe mihi liber cū muſis. Vides tu ſane: niſi pœnit⁹ mētis luminib⁹ cap
tus es: q̄ unus philelphus uniuerſæ ciuitati carus ē & p̄iucūdus. Nihil neq; priuatim nec publice petiť a me
fruſtra. Si lapides ipſi loqui poſſent: omnes ī meas laudes liguas ſoluerēt. Mihi gratificanť oēs: q̄cūq; opta-
rim: obſequunť oēs: īſeruiūt oēs. Qis uir bonus & grauis cuiq̄ aduerſeť bene p̄merito: p̄mereriq; aſſiduiſ-
ſime ſtudēti: Veli mihi dicas: quod ē erratū aduerſus te meū: Nonne oibus in rebus tibi uſq; morem geſſi?
Quid habes: quod mihi des crimini? Nū ſinis te uſq; iam decrepitū: & rerū humanarū callentiſſimū ſeducia
uerſuta maleficaq; uulpecula Charolo aretio Nōne animaduertis aliquādo d̄prauatū p̄ditiſſimi hois cor
ruptūq; igeniū? An pateris eū uti te ueluti iſtrumēto quodā furoris ſui: Reſipiſce: reſipiſce tādē. Cōſydera
ānos tuos. Quādiu nobiſcū futurus es: Quod ſi nullū putares fore diuini iudicis uel præmiū: uel ſupplicium
hominū tamē de tua uita atq; moribus exiſtimatio tibi uerēda eēt. Ego: quod ī me erit: ut nunq̄ p̄ſtiti: ita
tibi præſtabo nūq̄: nō mō inimicitiaꝝ: ſe ne minime qdē uel ſimultatis: uel īdignationis materiā. Vale. flo-
rētiæ ex ædib⁹ noſtris: idib⁹ Aprilib⁹. Mccccxxxiii.

ℭ Frāciſcus philelph⁹ Thomæ Senecæ. S. D.

QVod te mihi ita ſubmiſſe p litteras cōmendaris: tibiq; ut ignoſcerem: petieris: minime opus erat
nec. n. te latet æquanimitas mea: & q̄ ferre p̄facile cōſueui hominū iniurias: præſertim eorum: q
ſuæ nō ſunt ſpontis. Ego idem erga te ſuȝ futurus: quē es iampridē ſæpenumero expertus: hoc
eſt & humanus: & liberalis. Quare quocūq; ī officio mea opera uti uolueris: ſenties eā tibi nuſq̄
defuturā. Tu ſi potes. aliqādo tecum habita: atq; reſipiſce. Vale. ex florentia. xv. Kal. maias. Mccccxxxiii.

ℭ Franciſcus Philelphus Cincio Romano apoſtalico ſecretario. S. D.

QVā mihi ſpem iampridem in urbe Roma corā recepiſti: ut eā mihi p̄ducas ad finem te ēt atq; ēt
rogo nunq̄ mihi crede: intermorieť apud me officium tuum noui bonitatem animi tui: noui in
tegritatem benignitatem præſens expertus ſum: Scio: non falles opinionem de te meam. Reli
quum eſt ut cœpta perficias. Vale. ex florentia pridie Kalendas maias. Mccccxxxiii.

℄Franciſcus Philelphus Coſmo medici.S.D.

IMpium illud eſſe hominum genꝰ arbitror Coſme medices:quorũ artibus atq; dolis labefactaẽ
ac ſoluit iucundiſſimũ hũanæ beniuolentiæ & amicitiæ uinculũ. Nã ſi ex oĩbus animalibus ho-
mo ad ſocietatẽ maxĩe natus eſt:quis illum non putet ab omni naturæ inſtituto humanitateq;
alienũ.q animoꝝ charitate coniũctos:qua ſine ſocietas eẽ nulla poteſt:diiungere ſepareq; cõaẽ:
Cũ primũ florentiã ueni:non expectaſti tu tantis opibus:tanta amplitudine uir:ut te & iuuenis & peregri
nus:& paucis admodum cognitus adirẽ prius:ut par eſſe cenſebã:idq; facere inſtituerã:ſed ante uertẽs pro
tua ſingulari modeſtia ꝓbenigne me adiiſti:nullumq; prætermiſiſti munus neq; optimi:neq; benificẽtiſſi-
mi uiri. Ego item contra:quicquid ĩ me erat uel obſeruantiæ:uel ſtudii:id omne detuli tibi. Neq; ſum ulla
in re paſſus unq̃ deſyderari abs te officium meũ.id certe probãt cũ alia ꝑmulta mei erga te beniuolẽtiſſimi
animi documenta:tũ pleraq; ſcripta mea:quibus clariſſimũ nomẽ tuũ ĩmortalitati apud poſteros cõmẽda-
ui.Quod enim maius munus prodire in te potuerit:perſeuerauit ſemper æquis:ut ita dixerim ĩacibꝰ citro
ultroq; beniuolentia noſtro donec hoc peſtilẽtiæ uim:q̃ uniuerſa hæc ciuitas cœperat laborare:Veronã tuẽ
dæ ualitudinis gratia cũ tota familia cõceſiſti. Vtinam ea omnis morbi contagio florentiæ muris tanq̃ la-
byrinto quodam ſeſe occluſiſſet:neq; longius peſtiferum uirus ſuum emiſiſſet. Sed lõge ſecus uidere uide-
or accidiſſe.Duo.n.te ſunt ſecuti:quorum animus oĩ eſt peſtilentia peſtilentior:Nicolaus Nicolus:& Caro
lus arretinus.Horum tu conſuetudine uſus:minus tibi cauens:ea es peſtiferi morbi contagione uſq; adeo
interceptus:ut iam tuæ ſpõtis haud eſſe uidearis:ſed perinde atq; in poteſtate poſitus aliena:ea ſi minus fa-
cias:ut aſſentiaris oĩa:q̃ aſſẽtatores leuiſſimi ac facinoroſiſſimi nebulones uoluerũt. An es oblitus Coſme
medices:q̃ mihi olim reſpõderis ante tuã in urbẽ Veronã profectionẽ:quo tẽpore apud te quærer & de Ni
colao Nicolo:& de Carolo arretino:quod mihi clam detraherẽt:quod multa aduerſus me cõfigerẽt:qđ
nihil aliud ſtuderent:nihil molirenẽ accuratius q̃ mihi incõmodare atq; nomen obſcurare meum: Atea
tu ſane leniter reſpondiſti atq; ſubridens:non oportere inquiens mirari me:nec ægre ferre Nicolai Nicoli de
tractionẽ:eo enim eſſe hominem ingenio:ut neminem doctum uirum relinquat intactũ mordacitate ſua:
quiq; ne ſoli quidem ipſi parceret:utpote q & Manuelem Chryſoloram ſapiẽtẽ & ſummũ illum uirum bar
bam pediculoſam adhuc ſemper nominet:& ambroſium monachũ:cui magis affectus ẽ:q̃ propriæ animæ
attonitum per contumeliam uocet.In Leonardum autem arretinum qualem ſe præſtiterit:ipſiꝰ Leonardi
in eum inuectiua teſtimonio eſt.Quid.n.cõmemorem aut Guarynũ:aut poggiũ:aut auriſpã: quos quot
tidie maledictis inſequitur! Quo quis doctior eſt:aut eloquentior:aut eruditior:aut melior uir:eo magis Ni
colai cõuitiis & opprobriis ẽ obnoxius.Quare tibi:ſubdidiſti:non modo eſt dolendũ:ſed lætandum potius
quod in Nicholai maledicentiam incideris.Nam quanto is te magis uituperabit:tãto apud grauis illuſtriſ
q; uires laudabilior ſis futurus. De Carolo autem qđ expoſtulas nolem tibi materiam expoſtulandi datã:
idq; magis eius q̃ tua cauſa.Nam ut tibi ille nihil obeſſe poſſit:cum nullam in ciuitate auctoritatem habeat
ita ſibi plurimum nocuerit:ſi nicolai ueſtigia imitabitur.Hæc tu mecum familiariter & perhumane locutus
es.Meq; es hortatus:ut omni in re & te: & tuis rebus omnibuſq; non ſecus atq; meis uterer. Te enim om-
ni in re ſemper ad futurum mihi.Id quod tu certe facere nunq̃ deſtitiſti:ante eã:ſcilicet quam modo dice-
bam:ueronenſem profectionem. Te uero abſente ab urbe.ſum omnia in republica:quæ uolui: & facile:&
honorifice conſecutus: Vbi autem florentiam reuertiſti ideꝫ Nicolaus & carolus maiore quadaꝫ audacia
aduerſus me agere ſunt aggreſſi.Nã tuoꝝ:& clientũ:& neceſſarium muniti factione:tantum efficere po-
tuerunt:ut publica doctoꝝ omniũ ſalaria diminuerentur:opinati iſ ſane:ſi mihi quoq; ex publica merce-
de ſubtraherẽ:fore:ut ipſe neceſſario cogerer abire florentia:ut qui ſine magno ſalario uir.q parcere pe-
cuniæ nunq̃ didicerim:florẽtiæ pro dignitate uiuere nullo pacto poſſem. At hic uidere tu Coſme ꝑſpicue
potuiſti:q̃ uniuerſa ciuitas me diligeret.Diminutionem illam conſtitutæ pecuniæ doctores omnes tuo-
rum opera aſſenſi ſunt:ſiue id arte:ſeu uero fuerit factum:Solus ipſe rei in dignitatẽ nõ admiſi.q̃ mihi icõ
modaſſe arbitrabantur:lætiq; exultantes per urbem ferebanẽ:putabant homines ſtultiſſimi uota ſe po-
titos:neſcientes eſſe uirtutem deniq; apud omnes uenerabilem:& eam eſſe uim eloquẽtiæ: quæ in liberis ci
uitatibus plurimũ ſemper ualeat.Nondum ſecundus præterierat menſis:ex quo per dominos & collegia:
cõuocatis:doctoribus præmia fuerant diminuta:quũ ipſe ueni in ſenatũ:ubi quũ pro re mea orationẽ ha-
buiſſem:& moderatam:& ſimplicem:conſurexere nonnulli familiares:& amici tuiꝰ:& etiã ſanguine coniũ
cti.In quibus erat Iulianus medices: Auerardi patruelis tui filius.Hi ſane omnes aperto marte contra po-
ſtulata mea perorarunt:quantum potuerunt acrius magiſq; apposite: Tũ ego coactus ea neceſſitate: quã
mihi res atq; ratio afferebat:nulla item circuitione uſus:ita egi cauſam meam ut non modo qui erant pro
repu.& decoro:ſed tui ẽt ferre omnes pro me occulta ſuffragia reddiderint:Nã cũ omnes in eo ordĩe ſint
ſeptem ac triginta in reddendis ſuffragiis:pro mea cauſa fabæ nigræ quattuor & trigita ſũt repte. Qui q-
dem bene ſentientũ animus ac fauor & ſi mihi fuit honorificus:cauſam tamẽ præſtitit inimicis: ut ſe ma-
gis ad nocendum excitarent:non multo enim poſtea ãblendo:rogãdo q̃rẽdo incuſãdo:monẽdo: adhor-
tãdo: ꝑ omne humillimæ ſubmiſſionis munus tantũ ſibi apud tuos ſtudiũ uendicarunt:ut ſimulatiõe uti
litatis publicæ:uiri quattuor:ut:ſcis:declarati fuerint:quibus præcipuum ius eſt ꝑmiſſum ad moderandam
publicam omnem impenſam.Hi uero omniuꝫ primũ ſalaria queq; litteraturæ & diſciplinæ ut rẽ inutilem
& indignam omnino abrogarunt:cum dicerent non eſſe tempus diſcendi:ſed belli gerendi. Quæ quidẽ
res & ſi omnibus bonis ciuibus uiſa eſt indigna:tamen qui animaduerterent eam probari atq; laudari a tu
is omnibus:quieſcebant etiã ipſi:ne ĩntuenda reipu.dignitate:aliquid appeterentur indignũ.Solus hic phi-



lelphus in tam florenti.in tam magnifica urbe inuentus eſt:qui cauſam non publicam minus q̃ priuatã ac
ſuam & ſtrenue amplecteretur & fortiter.Nam prouocatione uſus ad ſapientes ciuitatis: qui uocanẽ:abro
gatio ea omnis ſapientibus ipſis ꝓ uſitata a priſcis uſq; annis conſuetudine demãdare publico decreto.at ii
ut erant uiri grauiſſimi atq; optimi:re mature & q̃ diligentiſſime cognita:quod quatuor illi uiri de impenſa
ſtudii litterarũ diſciplinarumq; liberalium abrogarant:uanum eſſe atq; fatuũ decernentes:nõ me ſolum:ſq
ꝓuocarã ſed ẽt reliquos doctores omnis priſtinæ dignitati atq; emolumẽtis cũ ingẽti totius ciuitatis lætitia
ac plauſu reſtituerũt. Tũ inuidentiũ animi ardẽtioribus irarum ignibus iflãmati.nõ clam ut antea. ſed pa-
lã:& tanq̃ aperto marte in aciem prodeuntes dictitare minitariq; cœperũt nõ oportere poſthac uti magiſtra
tuũ adminiculis aut alicuius obtentu iuris.ſed armis potius & cruore:cũ ſubderẽt turpe eſſe principẽ ciui-
tatis ab homine peregrino totiens ſuperari. At quem uocant illi pricipẽ ciuitatis Coſme Medices: ſi te unũ
illi nõ uocãt:quem alium poſſint:intelligo neminem. Nã & uiri nobiles cæteri ſemꝑ mihi fauerũt: ac fauẽt.
& populus uniuerſus me plurimũ diligit. Tui uero ſi per te licuerit:nõ mõ mihi non ſint aduerſi:ſed maxĩe
omnium propitii:id quod ex occultis ſuffragiis quãdoq; patuit.Quod ferrũ autẽ cruorẽq; minenẽ:nulla ra
tione adduci poſſum:ut credã te paſſurũ.ut quiſquã potentia tua frœtus tantũ ſcelus:tantũ facinus audeat
machinari. Nam ſine cõſenſu tuo pugna ſit aquilæ a gracculis inferenda:Non.n.iſtos pluris facturus ſim
q̃ pygmeos Hercules. Ad hæc certe uelim tecum animo uolutes:qđ in Nicolao & Carolo præcipuũ uides
quapropter abſte mihi præferendi ſunt:Num ingenium: num doctrina:num eloquentia :num morũ ele-
gantia:num uitę integritas:Quod ſi non ita frequento ædis tuas:ut iſti quottidie faciunt:id occupationibus
meis dato: Scis.n.publico docẽdi muneri ſatis me facere oportere. Pterea pudor uitæ paraſitũ me eſſe non
ſinit:Non blandiri:non adulari:non aſſentari unq̃ didici. Si quid me uelis facere tua cauſa modo me fece-
ris de tua uoluntate certiorem:factum puta. Nihil profecto fruſtra iuſſeris. Et priuſq̃ ueniſſem Florẽtiã:dili
gebam te plurimũ. Et Florẽtiam poſteaq̃ ueni in hanc uſq; diem nullum prætermiſi unquã officiũ amoris
ſummi erga te mei. Itaq; rogo te: Itaque obſecro:ne patiaris cuiuſquam inuidentiam plus apud te ualere:
quam meam in te fidem & obſeruantiam. Vale. Florentiæ. Ex ædibus noſtris. Kal. Maias. Mccccxxxiii.

℄Franciſcus Philelphus Ambroſio monacho.S.D.

DE re mea te multũ habuiſſe ſermonẽ cũ uiro clariſſimo Coſmo medice: & eũ de me amiciſſime
ſentire uehæmenter gaudeo:præſertim cũ tibi:ut ſcribis:ſanctiſſime receperit: mihi.non modo
non eſſe formidandũ mali quicq̃:ſed ne cauendum quidem:Non.n.poterã nõ ſubuereri: ne qđ
aduerſus me inſidiarũ inſtrueretur. Verũ:miror:quid laurẽtius Coſmi frater:quotiens in me ici-
dit ſemꝑ obliq̃t faciem:ſalutatuſq; a me reſpondet omnino nihil. Sed quoniam Coſmi fide debet mihi certi
us eſſe nihil aliorum mores feram æquo animo. De Diogenis autẽ Laertii uerſibus quod perurbane expo
ſtulas:ne mihi ſuccẽſeas:rogo:Nã partim occupatiõibus meis:parti aĩ moleſtia ob cõtinuas iuidoꝝ i me iſi
dias:factũ ẽ:ut uerſus illos latinos facerẽ:ut iuſſeras:diſtulerim ĩ hãc diẽ. Sed gerã ꝓfecto morẽ uolũtati tuæ
idq; ꝓpediẽ. Diodorũ ſiculũ ad te dedi. Vale. Florentiæ: Ex ædibus noſtris. vi. nonas Maias. Mccccxxxiii.

℄Franciſcus philelphus Bornio ſalæ iureconſulto.S.D.

ET te & uniuerſam familiam tuam immo noſtrã ualere perbelle:libenter accipio:atq; Deum oro
ut ita q̃ diutiſſime habeas. De me autẽ quod ſcire cupis:in fretu nauigo ſiculo iter ãcipites æſtuã
tiſq; procellas: & turbulẽtiſſimos fluctos. Exiſtimarã Bononiã ſolã ciuilibus factionibus diſſideẽ
Sed florẽtia lõge magis diſcordiis & ſeditiõibus feruet. Vtinã huc aut ueniſſem nũquã:aut abi-
re liceret ꝓ dignitate. Sed neutrũ mihi integrũ eſſe uideo. Nuncius mihi fuit impedimẽto quo minus tibi
potuerim omnia explicare: Ignoſce:ac Vale.ex Florentia.v.nonas Maias.Mccccxxxiii.

℄Franciſcus philelphus Franciſco barbaro.S.D.

ACcepiſſe te mihi nõ cõmode eſſe Florentiæ:ita ẽ ſane ut accepiſti. Idq; qđ recte augurari: nulla
mea culpa. Ad uos autẽ redire nundũ mihi ẽ itegrũ. Quũ licebit faciã te meis lr̃is certiorẽ. Nã
totũ hũc annũ:id quod ꝑmoleſte fero:obſtrictus ſũ reipublicæ florentinæ. Occupationes meæ
faciũt:ut tecũ:hoc tempore lõgior eſſe nequeam. Vale.ex Florẽtia.v.nonas Maias.Mccccxxxiii.

℄Franciſcus Philelpus Leonardo iuſtiniano.S.D.

LAudari abs te uiro amiciſſimo eodemq; & ſapientiſſimo & optimo conſilium meũ: q; me tan-
dem ex urbe florẽtina tãq̃ ex officia ſicarioꝝ eripuerim:nõ debeo nõ lætari. Ac feci id ſane tẽpeſti
ue:Nã ſi ad reditũ Coſmi medicis ĩ tãta gladioꝝ impunitate cõtinuiſſem me Florẽtiæ:actũ eſſet
&,de muſis & de philelpho: Si.n.qua tẽpeſtate minus uiriũ habeat Coſmus:impune ſicarius eſt
paratꝰ q me trucidaret:qđ factũ tuũ foret:quo tẽpore eiectis oĩbus uiris optimatibꝰ:omne ius reipublicæ
ad unũ Coſmũ delatũ ẽ. Sũ ãt nũc Senæ iter hũanos atq; bonos uiros: Apud quos mihi cõditio ꝓ tẽpoꝝ
fortũa ſatis honeſta ẽ: Soluunẽ.n.mihi quotãnis ex ære publico aurei quinquageni ac treceni. quadringenti
quinquaginta in hũc annũ mihi Florentiæ fuerãt cõſtituti: Sed malo minorẽ pecuniã quiete & ſine uitæ diſ-
crimine:q̃ multo maiorẽ iter gladios:& uenena: Vhe urbi illi q̃ tãto ampliſſimoꝝ ciuiũ ſplendore orbata ẽ
Quod autem me ortaris:ut ad uos me recipiam:conſilium de me tuum: & probo:& laudo:id quod etiam
ſeq̃r:cũ honeſte fieri a me poterit:Nũ.n.aut licet:Nã biẽniũ Senẽſibus ſum obſtrictus. Vale.ex Sena pridie
Kal.Februarias: Anno a Chriſti Natali.Mccccxxxv.

℄Franciſcus philelphus Leõardo aretino.S.D

LApus Caſtelliunculus auditor & familiaris meus renũciauit mihi tuo nomĩe abitionẽ iſtinc me-
am & permoleſte tuliſſe te:quoniã priuatus eſſes iucundiſſima nr̃a cõſuetudine:& rurſus ꝓbare
quia iſtic eẽ nõ poſſeꝫ ſine certiſſimo uitæ ꝑiculo:adeo quoſdã animaduerteras iuidiæ flãmis ad

uerſus me īdies magis magiſq̧ æſtuare. Vtrunq̧ certe quod mihi ſignificaſti:præſe fert perſpicuũ argumētum ſingularis tuæ beniuolentiæ erga me. At ego ſane mi Leonarde:q̄q̄ libenter agebam Florentiæ:cũ ob alias pleraſq̧ cauſas:tũ etiá propter te eruditiſſimum & optimum uirum:tamē eo magis æquo animo Florentia careo:q̧ inter iſtos flores multæ uiperæ deliteſcunt & eæ quidem uenenoſæ.ac peſtiferæ. Nec enim te latet:quanta moderatione animi:quãta etiá patientia ſemper tulerim inimicoꝝ inſidias: Itaque ne ſemper impendenti naufragio ſubiacerē:ex iſtis quottidianis & turbulentiſſimis fluctibus in proximá Senæ urbis ſtationem hanc me recepi :ubi tandiu futurus ſum donec aliquis ſecundior flatus i tutiorem portũ aliquē me cõuexerit:Nã ne hic qdē ſatis tuto me agere poſſe uideo propter iſtorũ ꝓpinquitatē:quibus uitá meá odio eſſe animaduerto. Sed hac de re ſatis. Tu uelim me facias certiorem de omni tuo ſtatu. Vale.ex Sena iii.idus Apriles.Mccccxxxvi.

¶ Franciſcus philelphus Alberto Zancario.S.D.

ET recte tu quiddem mi Alberte & peramice facis:quod de me nunquá deſinis aliquid cogitare: & agere:quod honorificum mihi & fructuoſum ſit.cõditio:quá mihi proponis nomine tuæ florentiſſimæ reipublicæ talis eſt:ut non modo nõ improbem ſed & probem potius & laudē. Cæterum breui reſpondebo tibi. Vale.ex Sena pridie idus Apriles.Mccccxxxvi.

¶ Franciſcus Philelphus Petro Perleoni.S.D.

SIlentiũ tuũ tum diuturnum tanq̧ inuſitatũ ſuſpitionem mihi:affert: neſcio quam . Itaque ſi tibi bene ē:ut & opto:& uolo:ſcribe ad me quáprimũ:quo tecũ una gaudeá. Sin ſecus ē: id quod minime omnium uelim:ſcribe etiam mihi:quo tibi conſilio ſaltem prodeſſe poſſim. Vale.ex Sena pridie die idus Aprilis. Mccccxxxvi.

¶ Franciſcus philelphus Ioanni Franciſco Callinæ.S.D.

CVm ſuperioribus diebus ſplendidiſſimus eques auratus Petrus Michael Senenſium lagatus iſtic Senam reuertiſſet.Barnabas humanus ac modeſtus iuuenis:qui cum illo Mediolanum petierat mihi uerbis tuis renunciauit.bono ut eſſem animo ac fiducia:Fore enim ut ad pauciſſimos uſq̧ dies tua & humanitate & opera.quod maxime ſemper concupieram:atque exoptoráttandē aſſequeret pergratum.n.eſſe deſyderium ſtudiumq̧ meum magnanimo iſti inuictiſſimoq̧ pricipi. Fuit ꝓfecto mihi huiuſmodi nuncius iucundiſſimus. Expectaui igitur cõpluſculos dies:rurſuſq̧ expectarem.ſi uel inimicorum Florentinoꝝque inſidias:uel per calamitates temporũ liceret. Sed uides tu:quãta arte:quibuſque cõatibus hi ꝑditiſſimi & facinoroſiſſimi homines:qui Florentiæ tyrrannida nunc gerunt:cũ aliis uiris optimatibus proſcriptis omnibus:tum mihi imprimis uitam eripere moliũtur. Quod eo facilius ſibi factu fore arbitrantur:quo propter loci propinquitatē me opportuniorem habent:in quem deſæuiant. Mouet me ſecundo loco nõ minus aeris inclementia:quæ indies magis atq̧ magis cum multorum pernicie : & interitu increbreſcit incrudeſcitque. Fuerit igitur humanitatis tuæ:ut quod mihi iampridem hac iter faciēs corá receperas:nuperq̧ uel nimius confirmaſti:iam tandem perſoluas. Nam q̄q̄ munificentiſſimus iſte princeps q̄plurimis abundat & prudentibus & eruditis uiris:tamen fideli & innocēti deeſſe nemini poteſt apud eum locus: Atq̧ ſi is unus eſſem q ꝓ uoluntate iter capere atq̧ expedire poſſem:aduolaſſem ad uos iápridē. Sed quæ aliis uoluptatem afferre cõſueuit:familia mihi hoc tempore ſollicitudini eſt. Nã neq̧ hanc deſerere debeo:neq̧ mecum ſine certa ſpe poſſum adducere. At ne dubitē quidem ſiquid accuratiꝰ elaboraris futurũ: ut & q̄primum & recte huic meæ plentiſſimæ uolũtati tuo beneficio mos geratur. Id autē æque te uelle ꝓ tua humanitate ac poſſe exploratiſſimũ habeo. Proinde reliquum eſt:ut curriculo tráſigas:oīnoq̧ cõficias quod cœpiſti. Hac una re me tibi ſummo & imortali mũere deuinxeris: & animũ in te meum non ingratũ expieris. Pudet me profecto hac de re pluribus ad te ſcribere:ne de tua uel beniuolentia i me:uel beniſicētia erga omnes diffidere uidear. Sed quæ me urgēt:intelligis. Rogo te etiam atq̧ ē:ut quicqd i me officii collaturus es:autē plurimũ:breui id conferas:& cumprimũ facultas daẽ. Facultatem uero nõ minus cõſiliũ & induſtria q̄ aut tempus offerat:aut locus. Et hac de re ſatis. Erit cum hiſce litteris ſatyrica quædá exhortatio uerſibus a me ſcripta ad inclytũ iſtum principem pro Genuenſibus & exulibus Florentinis. Hanc uelim curet:is aut intelligat:aut ſaltem uideat. Nec enim dubito quá uiderit:daturũ ēt operá:ut intelligat. Vale.ex Sena idibꝰ apri.ãno a xpi natali die.Mccccxxxvi.

¶ Frãciſcus Philelphus Antonio pãnhotmitæ.S.D.

TErentium:quē eſſe apud me uoluiſti.illi ad te dedi:cui tu ꝑ litteras dari iuſſeras. Lucretius quē tantopere flagitas : ſi meus eſſet.cõtinuo ad te iret. Sed de re aliena irrequiſito domino:nihil mihi agendum exiſtimo:at nõ requiſiui modo:uerum etiá rogaui:atq̧ oraui dominũ eius codicis ut ſineret me in re ſua liberalē eſſe. Saxei eſt capitis ac plane inexorabilis. Nullo pacto iduci põt ut Neapolim Lucretius nauiget:ueritus:ne qui ob poculũ amatoriũ furerit: rurſus ſirēis Parthenopes ueneficio interceptus inſania. Vale.ex ſena tertius idus octobres.Mccccxxxvi.

¶ Franciſcus Philelphus petro perleoni.S.D.

QVas unas dediſti ad me litteras:eo iucũdius lectitaui:quo diutius eas deſiderará. Et ut quæ tibi ſecus ac uolueras:acciderunt mœrore me affecerunt:ita quæ ex ſententia contigerunt .mirificá mihi uoluptatem attulere. Deus tibi cœpta in dies magis magiſq̧ ſecũdet. Tu interi facito ne tibi ipſe defuiſſe uideare. Dicteria plutarchi ad Traianũ Cæſarē quæ in latinũ uertimus: ꝓpediē dabo ad Ioannem Cornelium hominem clariſſimũ:& cũ his orationem quoq̧ & acrem : & longiuſculam mittá ad te:& qdē talem qualem non Poggius modo:ſed Coſmus etiam ipſe medices multo magis magis dolliturus ſit . Nunc uero ad id:quod petis. Cupis tu quidem a nobis ſcire:an lachryma aſpirationē admittat. Reuocas nos ad grámaticos: Mos tibi tamē uerendus eſt. Si uim naturæ rationemq̧ attēdimus:nulla



NOn imerito ſapiētiſſimus nr princeps te unū ex oibus cubiculariis plurimi ſemp & fecit:& facit.
Nouit.n. bōitatē tuá nouit grauitatē nouit cōſtātiá, nouit fidē:atφ obſeruātiá erga ſe. uideo alios
nōnullos:q loquūᵗ ad grāꝫ q ſeduci ſeſe uel pce uel pmio nō difficulter patiūᵗ. Te uero eū eē ſa
tēᵗ oēs:apd quē nihil ſit ueritate antiqus. Nihil i te fictū:ē nihil ſimulatū. oia refers ad iuſtitiá &
ad principis decus. Et tū maxie officio fungi putas:cū nil aut agis:aut loqris:φ iure poſſit a quoq accuſari.
Quo uitæ moruφ inſtituto cū apd principē ſūmá tibi cōparaſti bēiuolētiá:tū apd cæteros ois laudē imor-
talē: Intellexiſti quo dolo mecū agebaᵗ. rē oēm ut hēat renūciaſti principi:q ut ē aio ſplēdidiſſimo mūificē
tiſſimoφ:& iuſtitia ſingulari:nō ē paſſus ſub figmēto alicui⁹ ſui emolumēti publicá atφ ſuá deludi fidē qs
igiᵗ te nō diligat:a me:atφ perpetuis laudibus tollat ad cælū: Meruiſti tu certe de me q optime. Itaφ uelim
tibi pollicearis eū eſſe Philelphum:quo de uno omnia tibi poſſis & recipere:& ſpōdere:quæ præſtari queát
ab animo ingenuo atφ gratiſſimo. Vale. Ex me præſtantiſſimo noſtro humaniſſimoφ principi accuratiſ-



ſime cōmendato ac dedito. Mediolani ex ædibus noſtris. vi. Kal. Nouembres. Mccccxliiii.

Franciſcus philelphus Bornio Salæ iureconſulto. S. D.

QVas ad me orōnes petieras ad te dedi: Serius uero:qm his careba꞉. Hoſpitabanᵗ.n. apud ami
cum iádiu. Nam neφ meoꝝ ſcriptorum minus:q nummoruꝫ ſum liberalis. Quare iniuſte hi
agunt omnes:qui abutuntur begnitate mea. non enim omnes ſunt bornii: quo quidem uno
gratum magis uidi alium neminem. Vale. ex Mediolano. v. cal. Nouembres. Mccccxliiii.

Franciſcus philelphus Petro Thomaſio philoſopho ac medico. S. D.

MAcrobii codex de ſaturnalibus is mō ē Mediolanū allatus:quē ante meá i Thraciá nauigatiōnē.
Vicētiæ cū agerē amiſi:puto.n. mēiniſſe te uiꝝ illū clariſſimū Leonardū iuſtinianū ddiſſe ad me
lras:qb⁹ a te Plutarchi æthica:& ab me macrobii ſaturnalia peteret commodato. Vterφ codex da
tus ad eū ē pſcribá:pfecti pſidii Vicētini tabellario cuidá ducalis dominii:q certe illos nūq reddi
dit Leonardo. Quin uerſut⁹:& callidus ueterator fabellá excogitauit:ingens:cū ex equo deſcendiſſet apud
cauponulá neſcio quá bibēdi gra:equū ſe inde fuga ſuripuiſſe i pxias ſiluas:quē poſtea cū eēt pſecutus:uix
illū tádē inueniſſe amiſſis illis codicib⁹:quos ephippio alligarat:putare tñ eos furto ſurreptos. Hos ſi rē me-
moria tenes:multū de libris laborauimus fruſtra, cum nihil odorari potuerim⁹ : in cōem tádē acti ſententiá:
quod ſcriba ille:cuius fidei eos credideramus:fraude non uocaret. Quæſiui ex hoc hoie:unde eum ſibi co-
dicē cōparaſſet:reſpōdit emiſſe ex publico librario:quodam:quem uulgo uos bidellū appellatis:eē aūt eius
tabernam librariá euntibus ex riuoalto ad foꝝ diui Marci ad dextram. Tuū igitur opus fuerit qrere ex eo li
brario:quo pacto ille codex ad ſe deuenerit:ita enim fuit fortaſſis:ut uterφ ſublatos libros nobis uēdicem⁹
id tu ne habeas neglectui:te plurimū rogo. Vale. Ex Mediolano. iii. kal. Nouembres. Mccccxliiii.

Frāciſcus philelphus Ioannotio maneto. S. D.

QVam doleo uir amiciſſime:quod nobis uti liceat litterarū uiciſſitudine p noſtra cōmūi ſnia. At
liceret mihi ſane:ubi eadē tibi licētia ſcribēdi eſſet. Nō enim is ē priceps meus:q mihi quicq præ
ſcripſerit:utpote qui norit meum ſcribēdi genus totū eē ingenuū: nihilφ cōtinere:qd repræhen
di poſſit. Non.n. curamus :quæ ad bellū:ſed quæ ad pacē attinēt. Totūſ noſtꝝ ſtudiū ē. cū Muſis
& cum iis artibus atφ diſciplinis:quæ ſem otæ ob oi armoꝝ ſtrepitu:ad bene ptinēt beateφ uiuēdū. Quin ii
mihi deſipere uidētur:qui ſe imiſcēt ambitiōi & auaritiæ:quibus potiſſimū uitiis publici principatus redun-
dat omnes. Quæ.n. reges illis daᵗ:qui aliis malūt:q ſibi uiuere. Vt igiᵗ cætera omittá: quæ uel tyránida ſa
piūt uel imperiū:cupio ex te diſcere:q belle uales:& q tibi cū libris reliqua ſit familiaritas. Ná ego huiuſmōi
ſtudiis ſi unq antea. tū maxime hoc tēpore delector. Vale. ex Mediolano. iii. Kal. Nouembres. Mccccxlii.

Franciſcus philelphus Gyriaco anconitano. S. D.

REddita ſunt mihi quatuor pulcherrima epigrámata:q nup ex peloponeſo in italiá aduexiſti. His
ego ſum ita delectatus:ut nō uerear te rogare:ne unq ceſſes ab iſtiuſmodi mercatura quæ & per
utilis eſt:& doctis is omnibus plucūda. Quod autē intelligere ex me petas:qd antiq philoſophi
ſenſerint de ptibus animi:repetá paulo altius. Ná aliter eū partiti ſunt : q ab italica philoſophia:
aliter qui ab ionica fluxerunt: Duo.n. eē philoſophiæ principia te arbitror non latere:alteꝝ ionicū:alterum
italicū: Pythagoras igitur ſamius italicæ priceps philoſophiæ dupliciter animū diuiſit:tū altius : tū ppiqus
ac dilucidius:cū primū dixiſſet duas eē animi ptes:alterá ratiōalē:alterá irratiōalē:deinde ēt alia ē uſus ſecū
do loco diuiſione:cū diceret animū diſtribui tris partes :quarū altera i ſe haberet rōnē:altera uero q ea care
rat. diuidebaᵗ i duas ptes:quaꝝ una cōtineret τονθυμον thymon:hoc ē eo loco aioſitatē. ná θυμοσ thy-
mos plura græce ſignificat:animoſitatē autē p iracūdia accipiebat. In altera autē pte την επιθυμιαν epi
thymian. i. cupiditatē collocabat. At democritus atφ Epicurus i ptes duas animū ſepararūt:poſuerūt. n. ra
tionē iuhærētē ac fixá i Thorace. q uero pars ratione uacat:eá diſperſá eē uoluerūt p omnē corporis cōcre
tionē:quá συγκρισιν ſyncriſim uocát. Quinetiá ea corpora:q ſenſu carēt: Democritus uoluit aliqlis animi
habere pticipatiōem. Et hi qdē oēs ex Italia fuere philoſophia. At ſtoici:q auctores : Socrate ionicá pſitēᵗ
philoſophiá:cui pricipiū dedit Thales mileſius:cōſtare hois aium uoluerūt ex octo ptibus. In his.n. poſue
rūt hos ſenſus quinφ:uiſū:auditū:odoratū:guſtū:tactū:& ſexto loco ptē uocalē:ſeptio uero eē:ab q ē ſemē
octauá át ptē eá ſtatuerūt:q itellectu & rōe ipat oib⁹ hiſce partibus ſeptē. Sed plato ſocratis auditor eadē ē
uſus tá primo q ſecūdo loco ai partitiōe:qua Pythagorá uſū didicerat. Ná & in partē habētē rōnē humanū
aiuꝫ diſtribuerat & i ptē:q eēt rōis expers. Ruſuſφ eūdē ſepauit aiuꝫ in tris ptes:utpote quē mētē atφ rōnē
in capite colocarit. aioſitatē uero uigorēφ iracūdiæ:q pprie ē ipſe θυμοσ thymos quē mō memineram:i cor
de & cupiditatē quoφ ſubter pcordia. Mēs igiᵗ ipſa:q prima ē ea uis atφ poteſtas:ai:quá græci δυναμιν
dynamin uocát:in capite táq i arce iperat ut regia primæφ dignitatis:eſtφ cōtēplatiua. Ná ea pte & uigem⁹
& intelligimus:& ſapimus. ſed alia uis ai:cui Plato ſecūdá tribuit dignitatē:ut ē i pectore cōſtituta : pſtat:ut
agam⁹:q ipa mēs atφ rō iperarit. Vis át illa:quá iſerius poſitá oñdim⁹:pſtātiorib⁹ illis ptātibus obtēperat.
Nec illud certe ptereundū reor:exiſtimaſſe Platonē p ois artus aium meare corpuſφ uniuerſū:atφ ſigillatī
p mēbra oia táq p inſtrumēta qdá uim ſuá uirtutēφ oñdere. Præterea ad eūdē aium referri omnia:qcūφ oc
currūt ſenſibus. Quæ aūt a ſenſibus referunᵗ:eſſe alia atφ alia. At Ariſtoteles Platonis diſcipulus:illū.n. an
nos uiginti audierat:ac princeps ſectæ pipateticæ in haſce partis aium ſecuit. Eas.n. eē duas dicebat: quaꝝ
altera uolebat rōnē cōtineri:alterá uero uacaᵗ rōne. Ruſus át q hñt i ſeſe rōnē:illá quoφ i duas diuidi ptes
qrū altera ita cōtēplemur ea q ſūt:quoad ipſa principia ſecus hrē nō poſſūt:ut parte altera:ea cōtēplamur
q hrē aliter poſſūt:cū ad ea:q alia ſunt genere:partes quoφ aliæ ſint genere neceſſe eſt. Alteꝝ uero haꝝ ptiū

Ariſtoteles ſcietificã uocat:alterã rõcinatiuã:cũ ratiocinari aliđ nihil ſit:ꝗ cõſultaf.De iis.n.ꝗ habere aliter
poſſunt cõſultat nemo.Sedẽ uero mẽtis atq̃ rõnis in cordis penetralibus eſſe uoluit.Ad hãc ãt mẽtẽ Ari-
ſtoteles docet ea referri oĩa:ꝗ ſinguli ſenſus nũciãt:ab eadẽ de iis fieri iudiciũ:ꝗ ſentiũt:atq̃ examinari cuiuſ
modi ea ſint:ꝗ uariæ occurrũt ſenſibus.At ea in parte:ꝗ ſua natura rõnis eſt expers:appetitũ Ariſtoteles po
ſuit:q ſi a rõne ſe regi gubernariq̃ patiaf:multaꝝ eſt uirtutũ capax:earũq̃ moraliũ:nã mores huius partis
ſunt qualitates.Sin a perturbationibus auertatur:diſtrahaturq̃:ſit off icina uitiorũ omnium.Et hæc ſunt ſa
ne:ꝗ mihi hoc tpe de animi partibus occurrebant.Cum plus otii dabitur:longior tecum ero.Vale.ex Me
diolano pridie Cal.Nouẽbres.Mccccxxxxiiii. ℂ Franciſcus philelphus Franciſco Barbaro.S.D.

ADhortatio tua mihi maiorẽ imodũ ꝓbari debet:utpote quæ ab optio aĩo manat.meiq̃ amantiſ
ſimo:Verũ q mare ingreſſus uæhemẽtioris fluctus inciderit:nõ quo uelit:ſed quo ingruẽtiũ uẽ
toꝝ flatus traxerint:nauigare cogitur:uel inuitus.Itaq̃ ex tẽpore conſiliũ capiatur:neceſſe ẽ Va
le.ex Mediolano pridie cal.Nouẽ.Mccccxliiii. ℂ Frãciſcus philelph⁹ normão albizio.S.D.

TV me obtũdis litteris tuis.Quare mihi iraſci nõ debes:ſi minus ſæpe tibi reſpõdeo:Nã ea petis:ꝗ
pſtari nõ poſſũt.Prudẽtius tibi cõſulueris.ſi patris uiri grauiſſimi ſapiẽtiſſimiq̃ malueris:ꝗ tuo
uti cõſilio.Neſcio tibi aſſentari mi Normane.Hõ ſum libero igenio.Nihil ſimulari ꝑ me ſcto.
Dũ tibi mauis ꝗ pfi obſeq:oibus ex ridiculo.Vale.ex Medio.pridie Cal.Nouẽ.Mccccxxxxiiii.

ℂ Franciſcus Philelphus Rainaldo Albizio equiti aurato.S.D.

PVto iãpridẽ te uel ab uſq̃ Florẽtia:cũ apud uos agerẽ:cognouiſſe haud obſcure eo me eẽ igẽio
ut paſcere uerbis didicerĩ neminẽ:illoſq̃ lõge minus:q mihi iure ſunt diligẽdi.Itaq̃ ne inani ala
tis ſpe:nihil hic eẽ uideo:qđ faciat i rẽ tuã.Rẽ paucis tenes.Aliunde tibi cõſulas:oportet.nec ue
lim:tibi pſuadeas me tua cã laborẽ ullũ aut fugere aut fugiſſe.Sed ita res habet:Vale.ex Medio-
lano pridie Cal.Nouẽbres.Mccccxxxxiiii. ℂ Franc.philelphus Antonio petrutio eq̃ti aurato.S.D.

NIſi plurimi faciã amorẽ tuũ:ingratus ſim.Intelligo.n.ex proximis tuis litteris:qđ rñ dubitaui nũꝗ
me tibi eẽ cariſſimũ:qđ aũt me hortaris:animũ idũcã:ac ſi opus ẽ cogãt:ut ad uos redeã.Quod
ſi facere decreuero:te operã daturũ polliceris:ut apud uos ſim & ꝗ cõmodiſſime & ꝗ honorificẽ
tiſſime.hortaris tu qdẽ & amice & ꝑbenigne.Atq̃ habeo tibi gratias:q liberaliſſimi amici fuga
tis munere.Cæterũ nõ mihi licet ullã accipere cõditionẽ uel maximã.Nã humaniſſim⁹ hic priceps ita me
tractat:ut nulla mihi relinquaf q̃rẽdi cã.Itaq̃ rogo te:ne moleſte feras:ſi rõnẽ hẽo tũ cõſtãtiæ:tũ dignitatis
meæ.Vale:& uirũ optimũ.gynũ bellãtẽ noĩe meo ſaluere iube.ex Mediolão pridie Kal.nouẽ.Mccccxliiii.

ℂ Franciſcus philelphus Franciſco ſcalamonti equiti aurato.S.P.D.

PIGl.de ptura mediolanẽſi apđ hũc nobiliſſimũ principẽ amice:& accurate:feciq̃:itelligeret:& q eſ
ſes:& quãti faciũdus.nõ difficulter ſe ꝑſuaderi paſſus eſt.delectaf.n.[illegible]ris doctis:clariſſimiſq̃ in
gẽiis:Itaq̃ nobis ſpẽ dedit nõ uulgarẽ.iuſſit.n.nomẽ tuũ referri i c[illegible]etarios.Quãtũ mihi uide-
or itelligere:nr̃ breui:futurus es.Interi ea para:meditare:cogita:ꝗ nr̃o huic magnanimo pricipi
uoluptati:tibi uero futura ſint honori.Et ut magis armatus ſis:delectaf hic princeps his hoĩb⁹:q queadmo
dũ tu.aſtra ſapere uidẽt:ſi forſan qcq̃ ſapiũt aſtroꝝ potius ꝗ raſtroꝝ.Vale.ex Mediolão pridie Kal.nouem
bres.Mccccxxxxiiii. ℂ Franciſcus Philelph⁹ Rainaldo albizio equiti aurato.S.D.

QVæ mihi ſit ſnĩa de re uſa Rainalde albizi:dicã ſane haud obſcure.Nimiã uideo in uobis oĩbus
uiris optimatibus negligẽtiã:q tãq̃ ſpreretis ſecũda oĩa uobis dormitãtibus ꝑ uſa uolũtate opta-
tiſq̃ euẽtura:nullo ut mini:nõ mõ cõſenſu:iter uos:ſed ne cõſilio quidẽ.nã quẽ exiſtimetis reb⁹
uſis ad futurũ:ſi uobiſipſis uos defueritis:Et uigilãdũ ẽ:mihi crede:& parãda oĩa:ꝗtũ i uobis ſit:
ꝗ ad uictoriã ſpectãt.Atq̃ ut uno uerbo oĩa pſtringã:nihil eoꝝ faciũdũ eſt:ꝗ facitis:põite añ oculos inimi-
cos uſos.Illoſq̃ i obeũdis negociis imitamini.Id ſi feceritis:breui futuꝝ ſpero:ut & pfiã teterrima oppreſſã
ſeruitute in priſtinã libertatẽ dignitatẽq̃ uẽdicetis:& uobiſipſis ꝑq̃optime cõſulatis.Quod ſi ſecus feceritis
& illi male:& uobis oĩbus miſerrime proſpicietis.Vale.ex Mediolano pridie Kal.nouẽbres.Mccccxxxxiiii.

ℂ Franciſci philelphi epiſtolarum Liber Sextus.

ℂ Franciſcus Philelphus Vladiſlao Vngariæ regi.S.P.D.

EGo te rex Vladiſlae cũ adire ſcribẽdo inſtituiſſe:nõ poterã equidẽ ñ ſubuereri:ne a ꝗbuſdã
exiſtimarer iprudẽtior:qppe q dicturi uiderẽf nõ eẽ mei neq̃ muneris:nec ẽt dignitatis ad ea
ſũmũ regẽ adhortari:ꝗ uel i primis regalẽ magnitudinẽ ꝑ ſe ferũt.Nã q ad decus & gloriã na
t⁹:alt⁹:educat⁹ oĩa ſupra hoĩeꝫ & mediteris:& moliaris:& facias:nunꝗ poſſis.ut opinor:ullis
meis uel monitis:uel abhortatiõibus q̃ſi equus Lydus in cãpũ ad ſplẽdidiſſime laudis curſuꝫ
uehementius incitari Sed ego certe neq̃ te moneo admirabili prudentia principeꝫ:nec adhortator accedo
quandoqdẽ ultro ꝑ diuina benegnitate ad ſũmi honoris calcẽ q humanæ fœlicitatis & teſtimoniũ ẽ & præ
miũ uel eas:uel ꝑueuias potius.Quid.n.per imortalẽ deũ aut pulchrius ad humanæ:aut fructuoſius ad di
uinũ gloriæ gradũ tibi cõtingere potuiſſet:ꝗ qđ ipſa dies & deus obtulit ꝑclarã de turcis uictoriã gẽte bar-
bara & imani:Qui patriis relictis auitiſq̃ gurguſtiis ubi ſeſe ꝑ oẽm turpitudinis fœditatẽ dies nocteſq̃ pol-
luerũt:horrẽtibus illis Caucaſi uaſtiſq̃ rupibus tãdiu ac multũ i uniuerſũ ꝑpe terraꝝ orbẽ ſũt aduerſus cri
ſti nomẽ ꝑ oẽ ludibriũ & cõtumeliã debacchati.Quas.n.ciuitates:quos populos:q̃s dẽiq̃ remotiſſimas na
tiões quiſꝗ afferat:ꝗ turcoꝝ imanitatẽ obſcœnaq̃ flagitia ꝑ oẽ ſceleꝝ oiuꝫ gen⁹ min⁹ uel tulerint:uel ꝑtu-
lerint:Obdormierat neſcio quo pacto excelſũ illud & iuictũ robur uirtuſq̃ chriſtiana.ac tãt⁹ terror uniuer
ſas mẽtes inuaſerat:ut ẽt ſine ꝓlio uinceremur:& qcqđ erubeſcẽdi hoſtis libidini aut furori collibuiſſet:non



pati ſolum:ſed perpeti quoq̃ poſſe uideremur.Ob tẽpoꝝ calamitas miſerabiliſq̃ fortuna.Ad tãtũ miſeria
rũ deuentũ:erat ut ignobile illud atq̃ agreſte.Turcoꝝ uulgus ex humillimis paſtoribus ac famellicis & fu-
gitiuis ſcytharũ ſeruis lõge.Itaq̃ in populos Chriſtianos & reges impitarẽ:in dieſq̃ magis atq̃ magis ita
ſuũ ꝑpagarẽt iperiũ:ut iã uix ſexaginta millia paſſuũ abeſſent ab Italia.Itaq̃ nõ abſurde fortaſſis audaciſſi
mus iſte & petulãtiſſimus Amoratus iactare uino obrutus inter capaciſſima illa pocula cõſueuit ſe tẽplo ſã
ctiſſimo diui petri ꝑpediẽ ꝓ ſtabulo ganeoq̃ uſurũ:Conſyderabat.n.latro callidus ac peſtifer Chriſtianos
pricipes:q & auctoritate ualerẽt & uiribus:mutuis inter ſe odiis atq̃ diſcordiis laborare:cõtẽdere digladia-
ri alios uero ꝑter q̃ſtũ curare nihil nõ nullos ignauia corripi:negligẽtia plures detẽtos intercipi.Inter quas
ille nfas calãitates iactabũdus atq̃ exultãs nõ deſpabat breui futurũ:qđ ſecũ ipſe ꝑ oẽ facius ac neqtiã aĩo
uolutaſet.Sed noluit certe dominus deſerere tãdẽ ſuũ gregẽ efferatis rapaciũ lupoꝝ morſibus tã miſere la
niãdũ.Audiuit fideliũ fletus ut clæmẽs:miſericors:benignus:nõ ſolũ ærũnas leuare:ſed extremã oino ꝑ-
ſtare opẽ:auxiliũq̃ afferre dignatus ẽ.q̃re ſuos in te oculos cõiecit.Tua ẽ ꝑclara indole delectatus.Dilexit
ꝓbitatẽ uitæq̃ ſãctimoniã.Te unũ delegit ex oĩb⁹ Chriſtianis principibus:q ſuũ populũ ꝓſtratũ erigeres
ſuſtineres:tuereris:q impuriſſimos hoſtes ſuos trepidos tãdẽ palãtiſq̃ auerteres:fugares:ꝓſterneres:cõpri-
meres:interimeres:qui in omnẽ poſteritatẽ ꝑ imortalẽ nominis ſplẽdorẽ te oĩbus gẽtibus admirãdũ redde
res.Quæ qdẽ ipſa res ꝑſtantiſſime cũ mecũ ipſe cogitarẽ:uiderẽq̃ maximis tuis laudatiſſimiſq̃ cõatibus tã
tẽpeſtiue atq̃ ſalutiffere Chriſtũ optimũ maximũ ꝓſpexiſſe:nõ potui equidẽ ꝓ me erga te fide ſingulariq̃
obſeruãtia nõ gratulari uel tuæ uel Chriſtianæ fœlicitati:ꝗ tuo ductu tuiſq̃ fecundiſſimis auſpiciis ea futu
ra:ſit:cui nõ modo accidere aduerſi nihil queat:ſed cũcta potius affatim bona curriculo cõtingat.Mihi ue-
ro plurimũ lætor:que ſupnus rerũ omniũ Impator & cõditor tuoꝝ parẽtũ regalibus illis ac ſãctiſſimis nup-
tiis iccirco uoluit intereſſe:quo te inde natũ ad comunẽ chriſtianæ reipublicæ libertatẽ ac decus aut corã in
tueri aut ſaltẽ & crebro:& uno:& eodẽ omniũ ſermone tuas res clariſſime geſtas audire atq̃ gaudere aliquã
do liceret:Nouit.n.uel Iulianus iſte inocẽs ac ſãctus uir uiuẽtis huius Chriſti Apoſtolus:ſic.n.iure appella
re licet ſũmũ põtificẽ Eugeniũ:qua tẽpeſtate orator ſuꝫ miſſus ab impatore Cõſtãtinopolitão Ioãne Palæ
ologo ad Romanoꝝ Imperatorẽ Sigiſmũdũ ueniſſe ẽt me inuitatũ ad nuptias.Et qđ icredibile mea cũ uo
luptate in mẽtẽ reddit:id uidi ꝑ ſõniũ prima illa nuptiarũ nocte:qđ nũc uigilãs loquor.Videre.n.uidebar
dormiens pulcherrimũ quoddã aſtrum ſole ẽt ipſo lõge maius atq̃ illuſtrius:quod cælitus delapſum in re
giæ iſtius ueſtræ eminẽtiore culmine cõſediſſet:unde circũquaq̃ emiſſis ſplẽdididiorib⁹ radiis ubi altius ſeſe
luce mirabili ſuſtuliſſet:incredibili celeritate in Macedoĩcũ prio:deinde in Myſum Olympuꝫ uniuerſamq̃
Aſiã ꝑuadere feſtinaret:ac tantũ undiq̃ fulgorẽ effunderet:ut æque ſolẽ:atq̃ ille lunã ſua ꝑſentia obſcura-
ret.Aliaq̃ permultaq̃ uidere ſum uiſus quæ curioſiore narratione perſequi nõ licet.Sed quod ad tẽ attinet
reuelaſti ꝑfecto mihi tu rex florẽtiſſime ingentib⁹ tuis cœptis ſplendiſſimiſq̃ uirtutib⁹ meam oẽm tam lon-
ginqui ſomni ueritatẽ:docuiſtiq̃ haud fruſtra ſomnia uel imitti:uel emitti.Nã ſeu diuino iuſſu quodã reue-
lẽtur extrinſecus dormientibus nobis:quæ aliquando futura ſunt:ſiue:ea ſit hũana aĩ natura atq̃ uis:ut tũ
maxie uigeat:ſapiat:intelligat:cũ ſenſibus corporis ſomno ſeruientibus ac pœne uinctis:ſe ipſe ueluti ſolu
tus in libertatẽ uẽdicat:& tãꝗ ꝑ rariorẽ corporis nebulã illa queq̃ cernere iam incipit:ꝗ perſpicua olim & lu
ce oĩ lucidiora ei futura ſunt.Quæ quidẽ res ſi cui fortaſſe dubia ſit:mihi ſane eſſe nullo modo poſſit:cui re
ipſa ſomnium omne iam aperitur.Tu enim rex Vladiſlae nuptialis illius aſtri imagineꝫ repræſentas.Tu
ueluti cælitus miſſus es:q & Iſtro iã ꝑ diuina cõmiſeratione & uniuerſa.Thracia helleſpontoq̃ ſuperato ꝗ
primũ ſis ꝑ illuſtrẽ ꝑdiriſſimoꝝ hoſtiũ cladẽ atq̃ internitiũ in Myſiã illã Turcorũq̃ emporiũ pruſiam per
uẽturus.Tu nõ diu poſt:ut ſpero:ægyptiis Syriſq̃ oppreſſis:patefacias cũctis chriſti fidelibus ſãctã ciuita-
tem.Tu quaſi nouus aliquis Alexander ad Gangẽ uſq̃ uel ad illos potius uſq̃ Gãgaridas q̃tos Alexãdro
metui fuiſſe legimus:cũ tua ſempiterna gloria penetrabis.Nam quid ego te Alexandro comparẽ:qui omni
uirtute illo ſis & melior & ingentior.Quãꝗ.n.Alexander cum primum arma cœpit mouere non in hoſtes
& barboros:ſed in amicos & græcos:eãdẽ ætatẽ ageret:qua nũc tu es:ãnos.n.uiginti natus erat:illum tamẽ
uitia ꝑmulta cõmittebanf:te uero uirtutes plures.Erat Alexander ebrius:Vladiſlaus ſobrius:Impudicus il
le:Tu pudiciſſimus ac plane tẽperans.Agebat Alexander omnia temere:Tu cõſulto omnia ac prudẽter.
Vtebatur ille ad res gerẽdas audacia duce & iracundia:Tu fortitudine & clementia.Præbebat ille ſeſe uel i
amicos iniuſtũ:Tu neq̃ in tuos nec i alienos quicꝗ uel agis uel meditaris ſine iuſtitia.Ille igratitudini ſæpe
ſe fecit obnoxiũ:Tu unus olo es gratiſſimus.Quod ſi Alexander infinitis flagitiis atq̃ ſceleribus inquinat⁹
totã ꝑpe Aſiam ne multo qdem cũ milite ſubiugauit:qd de tot tuis tantiſq̃ uirtutibus ſperãdum fuerit:
qui nulli uel libidini uel aĩ impotẽtiæ ſeruias:ſiſq̃ innocẽtiſſimus:ꝑſertim cũ ad florentẽ firmiſſimũq̃ exer
citũ Chriſtũ habeas tecũ ꝓpũgnatorẽ atq̃ uexilliferꝝ!Et quibus cũ tibi pugnandũ eſt!Nũ aduerſus Gallos:
aut Britannos:aut aduerſus ꝑpotentes atq̃ inuictos Italiæ populos:ſane aduerſus Turcos:aduerſus paſto
res & fugitiuos:q nullo iuſto marte oĩa ꝑ latrocinia furtaq̃ moliunf.Nihilo tamen minus barbara iſta atq̃
abiecta natio cõtẽnenda oĩo nõ eſt:ſed curãda oĩa diligẽter:Nam.ut ait poeta:Et neglecta ſolẽt incẽdia ſu
mere uires:Id qđ cũ in aliis ꝗplurimis uerũ eẽ aiaduertius:tũ:in re turcoꝝ in primis:cũ.n.diutius iſti cõtẽ-
nunf ꝓ:nihiloq̃ habẽtur Boſphoꝝ urbẽ ad helleſpõtũ ipſi⁹ ẽt Iuſtiniani impatoris tẽporibus:clandeſtinis
latrociniis duce latronũ Bochamo cœperũt:diripuerũtq̃:Et cũ mox fugati ſeſe intra Caucaſi cautus rece-
piſſent:rurſus Heraclio imperãte emerſerũt in Perſida:unde Mahumetum ꝑditoꝝ oium ꝑditiſſimum atq̃
neqſſimũ cuius nunc impiã ſectam ob nequitiarum illecebras maxime omnium amplexantur:latrocinan
tem illum eiſdẽ latrones artibus turpiter expulerunt:Indeq̃ factum eſt.ut ſenſim atq̃ paulatim ꝓgrediẽ

teſtatū neminē perinde atq; contempti repugnantē offendūt:in intimis.hadriatici ſinus regionibus cōſederint:late omnia longeq; turbantes:ꝑdantes:populātes:uſq; adeo chriſtianoꝝ pricipiū uirtus obdormierat elanguerat:cōtabuerat. Itaq; diuina quadā prouidentia factū reor:ut in tantis humanarū mētiū tenebris ipſe in lucē ueneris ad ſalutē & lucē chriſtianoꝝ. Quare perge:ut facis Vladiſlaæ rex fortiſſime. Vtere tāto & tā gradi bono:quod tibi cælū oſtēdit & ſydera. Permulta iam de Turcis in hāc diē ſplendidiſſimaq; trophæa ſtatuiſti. Iam tota metuit te barbaria atq; contremiſcit. Quicquid habebant aut roboris aut ſpei impuriſſimi hoſtes omnes nominis Chriſtiani:ut oē in latrociniis inſidiiſq; turcorum collocarāt. Hoꝝ aūt tot millibus per tot tamq; diuerſa prælia abs te nuper iteremptis:quid reliquū ſeu uiriū ſeu fiduciæ ſit aut turcis: aut cæteris iſidelib⁹:quē latere poſſit eſſe certe arbitror nemi nē. Mirū profecto eſt:quātā de tua animi magnitudinē inauditaq; conſtantia apud chriſtianos ois & ſpem:& fiduciam cōcitaueris. Iam de trophæis: quæ uocāt:nullus ſermo:nulla mētio eſt. Extremum illū optatūq; triūphū quotidie omnes expectant:per quem liceat cunctis impune ac ſecure nō ægyptū & palæſtinā ſolum:uerum etiam uiſcere locos omnis:ac gētes:ad quas olym uox euāgelica peruenerit. Itaq; uniuerſi populi regeſq; chriſtiani pro tua incolumitate atq; uictoria deū orant:& unus oium maxime chriſtianiſſimus princeps meus Philippus Maria anglus:q te dignitatiſ & amplitudis gradu nō ſecus ꝓfecto q̄ patrē & colit & ueneraꝭ:ſed amoris caritatiſq; & amplitudis: affectu æque atq; filiū carū hēt & piucūdū. Qua hūc uoluptate affici exiſties:quotiēs audit ſuis de te optaris reſpōdere fortunā:itaq; mediuſſidius delectatur ac geſtit rebus tuis oibus proſpere geſtis:ut nihil apud eū lætius increbeſcere poſſe putē. Te regū ſydus appellat. Te Chriſtianæ reipublicæ ꝓpugnaculū nōinat. Te Chriſti uocat & cultorē & lumen. Quot quotidie pro te preces ad deū habet: Quā aſſiduis ſupplicationibus illiſq; pientiſſimis pro te uno huius principis iuſſu tēpla omnia celebrantur: Quāobrem cū & deo te rex Vladiſlaæ intelligis hominibuſq; cariſſimū:cum in te uno chriſtianorum omnium ſalutē cōſtitutam eſſe aiad uertis:tuū fuerit:ut quarū rerū labores ac diſcrimina maxima cū tua ingēti laude ſuſcepiſti : earū pulcherrimam palmā expectatūq; triūphū ne relinquas. Quin age adiutore atq; duce Chriſto Ieſu inuade impiam illam m teterrimāq; barbariā. Tibiq; pſuade non minorē tibi operam dandam eſſe: ut ratio tua pugnandi ois cū d iuina uoluntate conueniat:q̄ ut exercitus omnis tuus & ordinē obſeruet & modū. Nā cæleſtē opē fruſtra fieri uidemus:quam humana actio aſperentur. Itaq; nō modo ut uincas:tibi conſyderādū ē:ſed quo m od uincas:cum is euentus maxime ſit in laude:quem optima conſultatio anteceſſerit. Vale. Rex inuictiſſime. Ex Mediolano Nonis Nouembribus a Natali Chriſtiano. Mccccxxxiiii.

℃ Franciſcus philelphus Petro candido leuco decembri ſanitatem

INter maxima innumerabiliaq; mala:quæ triſtis inuidia præ ſe fert:id eſſe boni aniaduerto:quod nemini magis nocet:q̄ ſibi. Itaq; tua te torqueri inſania non moleſte fero. Vale. & aliquando reſipiſce. Ex mediolano quintus. Idus Februarias. Mccccxxxvii.

℃ Frāciſcus philelphus Antonio Raudenſi Theologo. S.D.

QVō ſignificato accipi conueniat quotus quiſq;:& ſi nō dubito noſſe te: tamē quoniā id a me i eq ris:paucis accipe. Idē ſignificare puto quotus quiſq; in ſingulari numero:quod nomē numerale quot. Vt quotuſquiſq; eſt:qui aliter ſentiat:pro eo quod dicimus: quot ſunt:qui aliter ſentiāt: Nā qui dicunt quotuſquiſq; idē ſignificare:quod aliqs:uæhemēter errant:id quod ex Cicerone oiq; uetuſtate licet intelligi. Vale Mediolani ex ædibus noſtris Idibus Nouembribus. Mccccxxxxv.

℃ Franciſcus philelphus Aloyſio brotto Ducali Secretario. S.D.

PLacuiſſe plurimū humaniſſimo noſtro principi epiſtolā illā ad Regē Hungariæ Vladiſlaū uæhemēter gaudeo. Quod autē eius nomi me hortaris ad philippū ducē Burgundiæ:ut ſcribam: q̄ primū effectum dabo. Vale Mediolani ex ædibus noſtris. xv. Kal. Ianuarias. Mccccxxxxv.

℃ Fraciſcus Philelphus Catoni ſacco iureconſulto. S.D.

NVnqnā tedas otio Cato ſacce. Ac facis tu quidē & prudenter & bene. quid enim ē magis alienū ab hominis natura uita otioſa & inerti : cū illud nobis debeat eē propriū natura:ut ſemp uel agamus aliquid:uel circa ueritatis ꝓſpicientiā uerſemur: Sed iam ad ea:quæ petis:uenio. Quæris. n. quæ ratio Platonem adduxerit:ut animi ſedē locarit in capite : cū eā eius auditor Ariſtoteles in cordis penetralibus eē uoluerit: Demōſtrāt mūdū mathematici eē orbicularē:quæ qdē figura pſtat cæteris figuris oibus:cū hæc ſola ſuis ptibus ſimilaꝭ: Cūq; mūdus cicūferatur:eius quoq; ptes circūferunꝭ. Qua ratiōe ductus Plato uim mētis atq; rōnis in capite eē uoluit: Is enī ad totius mūdi exēplū animū diſtribuit trifariā: Nā ut mūdi ſūmitatē ac ēt pricipē:q & gubernat :& regit:& moderaꝭ oia:cæleſti inſigniuit domicilio ita ſūmā hōmis partē:q̄ caput ē:mēti ratiōiq; tribuit. Deiceps poſt cælū pinde atq; i media regiōe āgelos demōaſq; ſubiecit q ꝑ cæleſtis regis imperio & agāt. & exequantur impata oia. At hoies in terra poſuit qui pareāt:& impata obeāt. Ad quaꝝ rerū imaginē tū qdā in nobis:qd agēdis ſedeat: collocauit in medio : tū pubetenus atq; infra tertiū illud poſuit genus:qd regiꝭ atq; adminiſtraꝭ. Quæ qdē ultima hæc duo appetitus ſūt ſpecies:quas tamē rōni ipſi Plato docet naturaliter obedire. Et ita mēs in capite pſidet:quā pria uim al dignitateq; eē uult:& eā cōtēplatiuā:qua intelligimus ac ſapimus. Quæ uero ſecūdæ ē dignitatis:eā uim ita conſtituit in pectore:ut ꝑ eam agamus. quæ iuſſa ſunt. Sed quæ uis tertia inferius eſt poſita:ea ſuperioribus paret dignitatibus: Animū ꝑterea putat Plato ꝑ omnis meare artus & corpus uniuerſū ꝑmembraq; ſingulari tāq̄ iſtrumēta uim ſuā trāſfundere. Quæ aūt ſēſibus occurant ut ſūt alia:atq; alia:ea in ſentiendo referri ad aīum oia. Vt igitur paucis oia cōplectar Plato uim mētis atq; coīs:qi pricipē locauit i cerebro. lōgius. n. abeſt ea ps corpis a colluiōe ac ſordibus :iracūdiæ uero aioſitatiſq; uæhemētiā. q̄ τυμος tymos uo



catur a græcis:in corde:at cupiditatē ſubter præcordia ſtatuit. Cuius quidē & ordinis & ſapientiæ Virgili⁹ familiaris noſter minime ignar⁹:pulcherrie cecinit in primo æneidos libro ingens. Celſa ſedet æolus arce ſceptra tenens. Mollitq; animos & tēperat ira. At quare nominatū deū exiſtimē:& q̄ ſit eiu⁹ ſecūdū priſcos illos philophos definitio:ruſus paucis accipe. Stoiſti q ſunt grauiſſimi īter ois philoſophos & acutiſſimi iudicati: diuinā ſubſtātiā ita diffiuiūt. Diuina ſubſtantia eſt ſpiritus intelligibilis igneus:qui forma carens:tum in ea q̄ uelit:mutaꝭ:tū rebus oibus ſimul aſſimilaꝭ. Vt aūt De⁹ appellareꝭ:huiuſmodi cām inuenio. Cum ſydera ſuſpicerēt hoies:q̄ & curſu u terenꝭ ꝑpetuo:at currere dꝭ græce τεειν thein:eēq; eadē in cā: ut ii cōtēplareꝭ id q̄d dꝭ τεωρειν theorin:idcirco cū aſtra cætera:tū maxime & ſolē & lunā deos noiauerūt:q̄q̄ ſunt nōnulli q Deū dictū arbitrenꝭ Δεος deos quo noie timor ſignificaꝭ:qd deus ſcilicet timēdus metuēduſq; ſit:lis uidelicet:qui ut ſunt aio deprauato:diuinā ſubſtātiā neq; uerentur neq; uenerant:qppe quā eē nullam putēt. Ex quorū nūero te nō eē exiſtimādū:q̄ſtiones tuæ dilucidū ꝑbent argumentum. Vale. Medio. idibus februariis. Mccccxlv.

℃ Franciſcus philelphus Franciſco Barbaro. S.D.

QVem ego hac tēpeſtate putē ex græcis hoibus græcos cæteros doctrina eloquentiaq; præſtare q̄ris a me rē pfacile iudicatu. Honos alit artis. Cicero nꝭ ingt oēſq; icēdimur ad ſtudia gloria: quē inq̄ honorē nūc putes apud græcos ꝓpoſitū bonis artibus atq; diſciplinis in tāta gratiæ toti⁹ inopia. Legi ad Ippodromū cōſtātinopolis in marmoreis qbuſdā lapidib⁹ ſub pulcherrimo illo obeliſco uerſus quoſdā a ptē anteriorē obeliſci latinos:ad poſteriorē āt græcos:& utroſq; heroicos:& itē utroſq; admodū ineptos:qui quārū ex iis pōt itelligi:impreſſi atq; inſculpti i lapidibus illis fuerāt Theodoſio ſeniore iperante:cui Archadius atq; Honorius filii i regnū ſucceſſere. Quod ſi i ſecūdiſſimis rebus illi⁹ oriētalis iperii lſæ & bonæ artes negligebāꝭ:qd nūc exiſtimādū ſit in tanta græcoꝝ calamitate & ſeruitute? Cæterum ut ad quæſita reſpondeam:unus Theodorus gazes mea ſententia cæteris græcis omnibus & litteris præſtat & eloquentia:nō hac inq̄ libaniana garrulitate:ſed eloquentia illa priſca:qua & Demoſthenē:& Aeſchinem & Lyſiam: cæteroſq; illos nobiliſſimos oratores uſos legimus. Eſt præterea uir grauis & bonus:ac plane dignus. quem diligas. Vale. ex Mediolano pridie Kal. martias. Mccccxlvi.

℃ Franciſcus philelphus Baueriæ philoſopho ac medico. S.D.

DEbes nō eſſe oblitus:q̄ me ſp Boetii opa delectarint:cū i oī facultate atq; diſciplina:tū ea maxia q̄ ſcripſit in dialecticis:in quibus ipſis mihi uiſus ē excelluiſſe plurimū. Quæ igitur noua tantus uir de ſyllogiſmis cathegoricis hippotheticiſq; ꝑcepta adiuenit:ea mihi excribi cupio. Itaq; a te peto cōtēdoq;:ut eoꝝ libroꝝ copiā facias mea cā erudiriſſimo atq; diſertiſſimo iurecōſulto. Bornio ſalæ. Is enim librarium aliquem parabit:qui huiuſmodi prouinciam ſit obiturus. Vale. ex Mediolāo. iii. nonas martias. Mccccxlvi.

℃ Franciſcus philelphus Tomæ ſenece. S.D.

QVod pudorē tuum accuſes:nequaq̄ eſt opus. Nam tametſi tuæ me litteræ plurimū delectant:delectarūtq; ſemper:quippe quæ ab homine erudito & ipſo quidem mei amantiſſimo ꝓficiſcātur: tamen cū ſiles etiā:mihi es cariſſimus : Scio enim te mecū non libenter ſilere neq; ſponte : ſed ob eam fortaſſe rem. quod uel locus aliquis:uel fortuna quepiam ſcribere ꝓhibuerit. Fuerunt autē nunc mihi eo tuæ litteræ ſuauiores:quo ſunt deſyderatæ diutius: Quod uero cupis pro noſtræ amicitiæ munere imortalitatis nomini ꝑ nos cōmendari:id quanq̄ i te eſt:cuius eruditio eſt illuſtris:faciam tamen:qd petis non inuitus. Sed tu uelim interea loci de morte dum non iprudenter cogitas:te uiuū eē memineris. Facitoq;:ne tuas prius ſarcinulas colligas:q̄ te uidero:nā uidebō te lucūdiſſime. Vale. Ex Mediolano nonis martiis. Mccccxlvi.

℃ Franciſcus philelphus franciſco Ochæ. S.D.

BArtholameus catias nouarienſis iuriſcōſultus me nuꝑ cōſuluit:quē idoneū ipſe cēſerem:qui nouarienſem adoleſcētiā bonis & litteris moribus inſtitueret. Itaq; tu mihi continuo ueniſti in mētem Audiuit uir ille de te libēter:petiitq;: q̄primū curarē certior a te fieri:uelles ne Nouariæ ludū aperire. Volūt. n. ii ciues eiuſmodi uirū q & grāmaticā ſimul & rhetoricā doceat publice. Tu igiꝭ ſi rē ꝓbas:rōnde mihi ꝓpediē:q̄tū nūmoꝝ cōſtitui uelis ꝑ huiuſmōi ānuo mūere. Vale. ex medio. pridie Kalen. maias. Mccccxlvi.

℃ Franciſcus philelphus Petro Perleoni. S.D.

TVā illā orationē Ioāni caimo iāpridē dedi ad te:q̄ de te qd ego ſētiā:ſētio. n. optie:ex hiis q̄ antea tibi ſcripſi:debes intellexiſſe. Cupio cultellos turcos:nō qa turcoꝝ officina in italiā nauigarint ſed quos opifices genuēſes turcos imitati fabricarint: falcatos illos atq; ſubcuruos. Noſti quos dicam: qualis ſcilicet iſtic emi:cū adeſſem. Mihi res tua cordi ē:id quod breui:ut ſpero:liquido cognoſces. Vale. ex Mediolano idibus maiis. Mccccxlvi.

℃ Franciſcus philelphus Petro Thomaſio philoſopho ac medico. S.D.

NE quid reꝝ meaꝝ lateat te hoiem amiciſſimū & uirū optimū: ꝓxima nocte hora ſeptima morte mihi ſublatus eſt dilectiſſimus mihi filius Olympus flauius:qui mihi natus ex uxore ſecūda. Vt ſi na hoſnaga matrona pudiciſſima:adeoq; formoſa:ut horæoſyna dici poſſet:nūdū mēſem nonū ip lerat. Itaq; naturæ ibecillitati cōſētiēs:nō poſſū nō eē in luctu: ꝑſerti q; ex oibus liberis meis erat is pulcherrim⁹:& ꝑ ſe ferebat imaginē idolis cuiuſdā egregiæ. Vale. ex Medio. vii. kal. iuni. Mccccxlvi.

℃ Franciſcus philelphus Pallanti Stroziæ equiti aurato. S.D.

VIx dici q̄at:q̄ me dlectarit proxie tuæ lſæ. Nullū. n. officiū omiſiſti neq; boni uiri neq; amici hois Monuiſti & prudēter:& bene. Seqr eydē cōſiliū tuū: Moderaborq; mihi:& ſi nō abſurde iā bilis excādeſcebat: Is. n. ſum q iiuriā ferre poſſim:cōtumeliā uero nullo pacto poſſim:nec ēt uelim:nā iniuriam ferre prudētis hois moderatiq; duco:cōtumeliā uero & ſtulti & fatui. Faciā igiꝭ:quod hortaris. Ti

biq; uelim perſuadeas neminē oium amicoꝝ eſſe hac tēpeſtate te uno mihi cariorē. Vale.ex Mediolano.v. idus ianuarias.Mccccxlvii.

¶Franciſcus philelphus Bernardo inſtiniano .S.D.

CVpio oīo uos uiſere ad reſurectionē dominicā:quo & tuo reliquorūq; amicoꝝ mutuo cōſpectu frui alloqq; liceat:& certa honeſtatis lege quæ mihi iſtic negocia ſunt componantur.Quare ſi me amas:da operā:ut tuta mihi ad uos pateat acceſſio:ne publicæ principū ſimultates: ſi qua tandē eæ ſint inter ueſtrā noſtrāq; rēpublicā priuato obſint officio.Præterea ut ſcis:nō minus ſū uenetus q̄ Mediolanēſis. Vtraq;.n.ciuitate donatus ſum. Vale.ex Mediolano kal.februariis Mccccxxxxvii.

¶Fran.phi. Scæuæ corti equiti aurato ac iurecō.S.D.

TAbellariū ad te in germaniā pficiſcētē nō ſū paſſus ire uacuū meis litteris. Ex quaꝝ delectatiōe poteris facile cōiectare.q̄ta me priuaueris uoluptate:q; eidē tabellario mediolanum mō repetēti nullā ad me epiſtolam dederis. Et feciſti pfecto:pace tua dixerim:& ihumāe & illiberaliter:q; cū ad alios ſcriberes:hōis amiciſſimi ſis oblitus. Sed quo maior ē bēiuolētia nr̄a:eo fortaſſis exiſtiaſti magis licere tibi uti mecū ſilētio pſſ fas:pſertim i iſtis germāiæ niuib⁹:quaꝝ frigore digyti q̄doq; ſtupeāt ac rigeſcant.Itaq; ignoſco excuſationi tuæ:mō iſta poſt hac uti nolis.Quare fac ut erratū cumulatiſſime reſarcias:operāq; des:ut aliquid noui reportes in italiā tecū:quod muſaꝝ nr̄aq; intereſt.Non enim fieri poteſt: quin epiſcopus æneas uir doctria:& eloquentia ſingularis egregiū aliquid inuenerit i tot ac tā plenis & puluerulentis bibliotechis germaniæ. Vale.ex Mediolano pridie idus februarias.Mccccxxxxvii.

¶Franciſcus philelphus Guiniforto Barzizio iureconſulto. S.D.

QVod ad principē Marchionē ſcripſerim non te latet.Quid aūt ea i re decreuerit noſſe cupio.Rogo igitur te:ut quoniā nō mediocriter nr̄a intereſt: quæ ſit iſtius mens principis:q̄primū itelligere cures p uirili parte:efficiaſq;:ne diutius nobis expectādū ſit.Erit hoc mihi pgratū. Vale.ex mediolano idibus februariis.Mccccxxxxvii.

¶Franciſcus philelphus Antonio trebano.S.D.

ANtonius florentinus fictor & excuſſor egregius æque tempeſtate noſtra atq; praxitilen apud priſcos memorant copanue aut phidian aliquē:& te diligit plurimū & mihi ē cariſſimus.Itaq; a me petiit:ut te in familiaritatem beniuolentiamq; acciperē:quippe qui mei ſtudioſiſſimus ſis. Cupere enim ſe nō ſecus ſuos amicos omnis fieri meos atq; ipſe eſt. Quare ut & homini amiciſſimo & humāitatis officio ſatiſfacerem iccirco haſce litteras ad te dedi:ut tibi perpetuo teſtes eēnt ſingularis dilectionis erga te meæ. Vale.ex Mediolano.iiii.Kal.martias.Mccccxxxxvii.

¶Franciſcus philelphus Petro Thomaſio philoſopho ac Medico . S.D.

EXpectabā quottidie tuas lr̄as:q̄bus de iis oībus fierē cumulatiſſime certior:q̄ mea intereſſe cēſeres. Tamen cū interim iſte nuncius ad te iret:nō eū ſum paſſus meis lr̄is uacuū pficiſci. Te āt ut uel hac in re meo exemplo uti uelis ēt atq; ēt rogo. Vale.ex Mediola.iiii.Cal.marti.Mccccxlvii.

¶Franciſcus philelphus Franciſco barbaro.S.D.

NEque tuā hūanitatē laudo:atq; tabell arioꝝ accuſo uel negligētiā uel pfidiā in reddendis litteris meis.Intelligo cām:quare nihil reſponderis:cū qd eēs reſpōſurus ignorares.Reliquū ē: ut qd tuis litteris q̄ amiciſſime polliceris ac recipis:& diligēter pficias & q̄primū hoc erit mihi gratū:ut imortalibus bn̄ficiis me tibi obſtrictū fore pfitear. Vale.ex Medio.iiii.Cal.martias. Mccccxlvii.

¶Franciſcus philelphus Bernardo iuſtiniano.S.D.

QVamq̄ minime futurū dubitabā:quin abs te mihi lr̄æ ppediē redderēt:tn̄ cum exiſtimaſſem neq̄ tibi fore ingratū:ſi publicus tabellarius aliqd item litteraruꝫ meaꝝ ad te deferret: ſcripſi rurſus eadem ſcilicet quæ ātea.itaq; uelim cures:ut ad reſurrectionē dominicā pateat mihi tutus ad uos acceſſus. Vale.ex mediolano quarto Cal.martias.Mccccxlvii.

¶Franciſcus Philelphus Bornio Salæ iureconſulto·S·D.

REm mihi feceris admodū gratā:ſi a doctiſſimo philoſopho ac medico Baueria Boecii commētarios i Porphyriū:& itē i Ariſtotelis pdicamta atq; i eū librū cui titulus ē περὶ ἑρμηνείας peri hermineias:tātiſp mutuabere:dū excribant:Id qd fiet q̄primū:nō.n.mutuū peto fœneratoꝝ more:ut meū fiat tuū:uel tuū meum:ſed ut comodet eos nobis cōmētarios.Intra menſem enim reddibunt Bononiam ad te:quo Baueriæ noſtro reſtituas. Vale.ex mediolano.iii.Cal.martias Mccccxlvii.

¶Eranciſcus philelphus Albertho zancario.S.D.

LItteras tuas hiſce occluſas cōmuni amico & eruditiſſimo iureconſulto bornio ſalæ reddito p q̄celerrime:eūq; hortare :ut repoſitis paulo conuiuiis ac muſicis homini amiciſſimo iſeruiat. Vale.ex Mediolano pridie Calen.martias.Mccccxlvii.

¶Fran.phi.Nicolao Quinto eccleſiæ Romanæ pōtifici maximo.S.D.

NEſciā qd optatius in uita mihi Pater beatiſſime:Nicolae Quinte:Pontifex maxīe:quid iucūdius contingere potuiſſet:q̄ q; diuina benignitate te ſacroſanctæ Romāæ eccleſiæ pfectū didiceri. Iā tandē.n.cū publice:tū priuati eruditis oibus optimiſq; uiris tuo fauſto atq; fœlici ductu pulcherrime cōſultū & ad rē:& ad dignitatē aiaduerto.Nā qui ſola uirtute:ingeniiq; præſtātia:atq; doctrina incōparabili:& eloquētia ſingulari ad ſūmi pōtificat⁹ maieſtatem ſublatus es: probitatis diſciplinæq; fautorē fore te:qui dubitet:eſſe puto neminē. Itaq; ut de reliquis conticeſcā.nō poſſū mihi nō uæhementiſſime lætari atq; gaudere:cū memoriā mecū repeto ſuperiora illa tēpora:iā.n.anni ppe uiginti præteriere q̄bus ab ineunte iuuēta uſq;:cū bononiæ primū docuiſſē:tua familiaritate.qui eandem ætatem agere:ſuauiſſime uſus ſum:Nō fieri eni poteſt:quin una cum ætate ingens ac mirifica tuā illa creuerit erga me charitas:



quādoq̄dē quoꝝ me g tatia diligebas ea nulla ex pte diminuta ſint.Nā mea erga te fides & incredibilis obſuātia acceſſionē idies magis magiſq; ſuſcepit:& ita ſuſcepit:ut nihil ad cumulū pter ſolū deſideriū poſſit accedere.Et.n.q pro uiribus colit:nihil amplius in eā rē queat:q̄ ſupra uires aut deſiderare aut optare . Quare hoc unū eſt:qd in tanta mea ac tā mirifica ai uoluptate:quā ex hac iſta tua ad ſūmū pōtificatū creatiōe cōcipio:me quodāmodo offendit:q; maiore aut pietate aut ueneratiōe te pſeq nequeo.Quid.n.uel audeam ſupra hoiem:uel ſperē:fruſta uero qcq̄ optare demētis ē.In te igit amādo colēdoq;:no tā acceſſio a nobis eſt q̄ ſtabilitas cupiēda.Hāc āt ſep:iternā fore:tuæ ſanctitatis merita ni pſtiterint:nullū certe meum pſtare poſſit ſtudiū.Nā cū pmagna ſit facta & oi ex pte icōparabilis i dignitate diſparitas adeo:ut ſimilitudo nulla poſſit adduci:eadē nunq̄ ſit amicitia.ni tu:q Chriſtū ingeris in terris:Chriſti quoq; hūanitatis ſecutus exēplū : ex iſto tuo excelſo atq; diuino ſolio in nr̄am humilitatē tuū cordis tultū p ſupiorē illā ac tuam animi māſuetudinē ita demiſeris:ut ſeruata ēt illa mathematica(ut aiūt)inter plus minuſq; pmerentes pportione quadā me nō min⁹ diligas q̄ a me ipſe diligeris.Hoc.n.ſi feceris:nō ſolū qd fucata gētiliū:ſed qd uera & idubitata æterni dei ſapiētia pcipit:& ſimilē amicitiā nr̄am:& eādē oio:q̄ fuerit:ad ultimū uitæ calcem cōſeruabis. Et ne maximis occupationib⁹tuis uel itēpeſtiuior accedā:uel iportūior:iā de his ſatis.Nā reliq̄ ſi ſanctiſſimus ille ſpiritus diui Nicolai:cardinalis bononienſis tibi quondā patris dum erat in uiuis:nūc uero ſanctimoniæ tuæ filius:cui noſti me cariſſimū extitiſſe:altioribus melioribuſq; intentus obſequiis: ingerere memoriæ tue diſtulerit:ea quæ mea interfuerint:oia tibi pater ampliſſimus Mediolanenſis cardinalis Henricus uerbis meis coram exponet.Bene in Chriſto ualeat ſanctitas tua:cui me etiam atq; etiam commēdo:ac dedo. Ex Mediolano uigilia reſurrectionis Dominicæ Anno a natali chriſtiano.Mccccxlvii.

¶Franciſcus philelphus Ioanni Tuſcanellæ apoſtolico ſecretario.S.D.

GRatulor fortūæ tuæ mi Tuſcanella iuxta atq; uirtuti:qd locū nactus es ornatiſſimū apd Nicolaum Quintum Pontificem maximum.Quod autem me iuitas in Romanam curiā:tuūq; oē polliceris ſtudium:libenter audio adhortationes tuas:modo itelligā ex te ipſo ne loqueris:quod ad me ſcribis:an iuſſus a pōtifice.Si me hac de re feceris certiorem:non obſcure animaduertā:quid me facere oporteat. Vale.ex Mediolano idibus iuliis .Mccccxlvii.

¶Franciſcus philelphus Catoni Sacco iureconſulto.S.D.

QVid tibi in mētē uenerit:nō poſſum augurari:q; ex me ipſo cupis intelligere:quot annos ſim natus.Nū fortaſſis ullā mihi parauerís uxorē:q̄ q̄ iū corpe firmo robuſtoq; uelit itelligere:nā tertiā ē qd amāt:ut ē apud Iuuenalē.At mihi uxor ē:tā & ſi eā ægrotās ægrotationē:quā qd uehemēter doleo:nūq̄ ſit euaſura:Patit.n.tabē eiuſmōi:ut hui⁹ uita diuturna eē nō poſſit. Vxorē tn̄ tertiā ducere mihi ñ ē i aio. Vtcūq; tn̄ hēt poſtulatio iſta tua:obſeq̄r uolūtati tuæ.Nat⁹ eq̄dē ipē ſuꝫ āno a natali Chriſtiāo nōageſimo octauo ſupra ānū trecēteſimū ad milleſimū:die:q̄nto ac uigeſimo Iulii:& id q̄deꝫ māe circiter ortū ſolis:quo die lr̄as haſce ad te ſcripſi.meus natalis agebat.Itaq; iictū dedi q̄nq̄geſimo ætatis āno:ualitudine uſq; pſpera:& accerrimis ſēſibus p diuia bēignitate:ac firmiſſimo toto corpe. Vale mi dulciſſime Cato.ex Medio.viii.Kal.Aug.āno a xp̄i natali.Mccccxlvii.

Frā.phi.Ioāni ferufino iurecō. S.D.

QVod me dolore pœne cōficit:ac macerat.acerbiſſimū tibi hæ lr̄æ & luctuoſiſſimū afferūt nūciū Proxima.n.nocte:q̄ idibus auguſtis ſucceſſit:hora ſecūda ſplēdidiſſimū illd pricipū decus atq; lumē Phlippus Maria anglus Mediolanēſiū dux:cū uentris pfluuio aliquot dies diſſolueretur naturæ deoq; cōceſſit. Tota ciuitas ē i fletibus:ſenioq; cōficit.Neq; qd cōſilii capiat:ſatis nouit. Tumultuaria ſūt oia.Nā neq; auditū fuerat adhuc tātū pricipē ægrotatiōe detineri ulla:cū repēte clamor ſublatus ē eū uita exceſſiſſe:In ac tamē rerū oium ptrubatiōe uidet oēs publicā libertatē appetet.Quid ſecuturū ſit:augurari neſcio. Væhemētiſſimæ mihi uidentur procellæ tēpeſtates ipendere:prælertim qō hoſtes potētiſſimi ſint in ipſis fere portis:& hic in tam repentino infortunio paratum ſit nihil.Ni deus ipſe puiderit:maxime fluctus naufragiaq; ſequentur. Vale.ex Mediolano.xviii.Kal.Septembres Mccccxlvii.

¶Franciſcus philelphus Ioanni Auriſpæ.S.D.

NOn iniuria mihi rebuſq; meis metuis amiciſſime auriſpa:Nā hic oia ſūt turbulēta. Poſt obitū illius nobiliſſimi pricipis Philippi Mariæ:q unus iure meritoq; potuit cū oi hoiuꝫ memoria de gloria certare:mira hic facta ē mutatio i ais huius populi.Præter paucos ex ordie nobiliū:ita ſūt oēs ad laxā quandā & diſſolutā libertatē incēſi atq; inflāmati:ut nihil magis oderint.q̄ unius philippi illius nomē:Ego libentiſſime Romā concederem:ſi daretur abeundi facultas. Vale.ex Mediolāo Cal.Septēbribus.Mccccxlvii.

Franciſcus philelphus Albertho Zancario.S.D.

BReui ad te ibo Romā petiturus:niſi ab iis fuero impeditus:q nouæ huic pſunt reipu. Quas litteras tuis alligatas accepis:cura q̄diligētiſſime redditū iri.Nam id te facere mea plurimum intereſt. Vale.ex mediolano.iii.idus Septembres.Mccccxlvii.

¶Franciſcus philelphus Petro Thomaſio philoſopho ac medico.S.D.

QVos duos hippocratis libros in latinū cōuerti eloqū:alterū de flatibus: alteꝝ de paſſionibus corporis dedi ad te.ut pximis litteris petieras.Hos cum legeris p tuo arbitratu:cura ut ad me redeant:ſcio.n.nō facies:ut mei quidā amici ante hac apud uos cōſueuerunt:q quos libros mutuo poſius ut uidetur:q̄ commodato & ad conſtitutum tempus accepiſſent : ita uerterunt in uſum ſuum ut apud dominum ius nullum relictum uideatur. Sed hæc tecum iocat⁹ ſum. Noui.n.bonitatē & integritatem animi tui. Vale.ex Mediolano idibus octobribus.Mccccxlvii.

Franciſcus Philelphus Ioanni Lamolæ.S.D.

REcte facis mi lamola:qđ nullũ tibi relinquis:dubiũ. De muſis qđ q̃ris:tibi paucis:reſpõdi:utpo te q eẽm minime otioſus. Sũt q muſas denominatas putẽt pinde atq ομοῦ οὐδαό homu uſas pſũt.n.ofoni:una.n.utẽtes cõueniẽtia:quá αρμονιαν harmoniá uocát:& ſimul canũt:& ſimul tripudiis exercent:nec unq̃ iuicẽ ſepant. Nã tãetſi eaꝝ q̃q ſuá ui hẽt.ut alia in Aſtronomia:alia in geometria:& alia in aliis diſciplinis:in unaquaq tñ eaꝝ muſas oĩs inuenias. In Aſtronomia.n.atq geometria facile repies & carminũ & hiſtoriæ pulchritudinẽ atq dignitatẽ: & eodẽ mõ i cæteris artib⁹ & ſcientiis At alii muſas nomẽ duxiſſe arbitrant a μῶσαι qđ ut noſti:q̃rere ſignificet:q̃rendo.n.diſciplinas adipiſcimur. Ob quá ipaꝝ rẽ eas priſci nominũ inuẽtores muſas appellauere:q artis ſint doctrinæq pbitrices. Q đ aũt Ioue illas dicãt memoriaq natas:nihil dicũt abſurde:cũ oporteat uirũ eruditũ ac doctũ intelligentia memoriaq uigere. Sed uis intellectiua a ioue eſt:ut remiſcẽdi a mẽoria. Vale.ex Mediolano pridie nonas Nouẽbres.Mccccxlvii.

ℭ Franciſcus philelphus Matthiolo puſino philoſopho ac medico.S.D.

TV me negligẽtiæ uideris accuſare:cũ nulla unq̃ diligẽtia uti cõſueueris:niſi circa rẽ forraſſe pecũlariã:cũ aliquẽ ægrotũ ſanãdũ accepis:cui ñ pmiſeris:recepis ſpopõderiſq futuꝝ:ut itra octiduũ oĩ aduerſa ualitudie liberet:in mẽſis traducis duos & ampli⁹:uerbis hoiem lactans:pecuniiſq emulgẽs. Sed hæc tecũ iocatus ſim:cũ tu ſerio facis oĩa q̃ referant ad q̃ſtũ. Verũ hæc medicis uob legitima ſũt:ut uel celerite hominẽ perimatis:uel ægrotatione diurna conficiatis. Rõ uſa omnis refert ad lucꝝ. Et accuſas me negligẽtiæ:qui unus omnium ſis negligentiſſimus. Vale.ex Mediolano.xv.Kal.Ianuarias.Mccccxlvii.

ℭ Franciſcus philelphus Iacobino Bicheto.S.D.

SVm ego tua cã Lactãtiũ aliunde mutuatus:quẽ intra q̃ndecim dies pmiſiſti redditurũ ad dominum. Tu eũ codicẽ penes te hẽs iam ppe annũ:faciſq mihi nõ mediocrẽ iniuriá:cũ tua cá ludere uideor uirũ optimũ:mihiq amiciſſimũ.prudẽtius tibi cõſuluetis.ſi Lactãtiũ dederis ad me q̃primũ:ut eũ tandem remittá ad dñum. Vale. Mediolãi ex ædibus nrĩs.Kal.Ianua.Mccccxlviii.

ℭ Franciſcus philelphus Antonio petrucio equiti aurato.S.D.

QVam nouiſſimis litteris tuis mihi cõditionẽ pposuiſti:quo redirẽ ad uos:ſi id mihi facere eſſet iã integrũ:eã libenter acciperẽ:ſed cũ ob alias multas rationes eã mihi uti nõ liceat:tũ pcipue ob nouum huius reipub.ſtatũ:quo tempore nemo ẽ ſui iuris. Breui temen futurũ puto:ut tibi ex mea ſententia reſpondeam. Vale.ex Mediolano pridie idus ianuarias..Mccccxlviii.

ℭ Franciſcus philelphus Galeacio Cremenſi.S.D.

ALiunde mi Galeaci tibi conſule. Nã hoc tempore quid aliud tibi cõſulá nihil habeo. Vale.ex Mediolano.idibus ianuariis. Mccccxlviii.

ℭ Franciſcus philelphus Catoni ſacco iureconſulto S.D.

NEſcio ſane:qd tibi ſim reſponſurus ad ea quæ multa ſcripſiſti non amice minus: q̃ lucide & p tua conſuetudine. Sed uides i quæ tempora inciderimus. Itaq ignoſce tum breuitati litteraꝝ:tum etiam quod non liceat apertius loqui. Sed mittam aliquem ex meis ad te ex quo mentẽ meam omnem cognoſces. Vale.ex Mediolano idibus ianuariis.Mccccxxxxviii.

ℭ Franciſcus philelphus Beſarioni Cardinali Nicæo.S.D.

IAm Homeri illiada:quá uir eruditiſſimus Theodorus Gazes excripſit mihi & eam qdẽ magna cũ impẽſe atq ſũptu:facio tãti:ut Crœſi qdẽ ingentibus illis admirabilibuſq theſauris cuiq̃ ſim ceſſurus. Te aũt pater reuerẽdiſſime maiorẽ imodũ miror:qui me cũ ab urbe Cõſtãtinopoli noris uel i publico diſcẽdi ludo:ubi poſt obitũ mei ſoceri Chryſoloræ fuimus apud Chryſococẽ cõdiſcipuli:mores arbitreris cũ ætate mutaſſe. Vt q unus oĩum liberaliſſimus eẽ cẽſerer:bẽignitatẽ illá cũ auaritia cõmutarim. Donare didici ſæpe pmulta:at uẽdere nihil unq̃:pſertim libros:quibus ſane pcioſius nihil duco. Athuc Homeri codicẽ tã carũ hẽo tã iucũdũ:ut uix quicq̃ in uita magis.itaq ignoſce hac in re mihi:Siqd aliud tibi poſſim gratificaris:iuſſeris nihil fruſtra. Vale.ex Mediola.x.kal.Februarias.Mccccxlviii.

ℭ Franciſcus Philelphus Alberto Zancario.S.D.

QVæ hic gerantur:neq auſim neq debeo ſcribere tibi: Scis.n.nõ decere icolá in aliena repu. eſſe curioſum. Oĩs mea cõſuetudo hoc tẽpore ẽ cũ libris. Itaq ſemotus a popularibus fluctib⁹: ne p eã naufragio:inſtitui tã diu in huiuſmõi portu me cõtinere:donec alicũde ſecũdus aliquis uẽtus aſpiret. Vtiná mihi liceret ad uos ire. Q đ quoniá facere phibeor.modice ferá neceſſitatẽ. Vale. ex Mediolano kal.Februariis.Mccccxxxxviii.

ℭ Franciſcus philelphus Petro perleoni.S.D.

NVgaris tu quidẽ:cũ negligẽtiá mihi obiicis:quaſi tibi mores mei ſint icogniti. Nã quem unum uidiſti unq̃ q̃ me diligẽtiorẽ: At quid uelis ad te ſcribá in tãto rerũ oĩum turbine. Itaq ſine me tẽporũ habere rationẽ. Tibiq perſuade:tuá rẽ oẽm nõ ſecus:atq ipſius meá mihi cordi eẽ. Vale. ex Mediolano.viii.Cal.Martias.Mccccxlviii.

ℭ Frãciſc⁹ philelphus Franciſco patritio.S.D.

QVa ipſe in re tuo ueli uti officio: Galeacius cremẽſis iſte:qui meas tibi lfas reddidit:diligẽter corã exponet. Tuus aũt mihi aius exploratiſſimus ẽ. Amas.n.obſeruaſq me egregie:nec potes oblitus eẽ:q̃ ego te ſemp dilexeri: Nã tua tũ doctrina:tũ dicẽdi elegãtia teſtimoniũ facit. Q đ cũ ita ſit reliquũ ẽ:ut re ipſa intelligá:q̃ ẽt hoc tẽpore tibi ſũ cordi. Vale.ex Mediola.pridie Calẽ.Apri. Mccccxlviii.

ℭ Franciſcus philelphus Auguſtino Dato.S.D.

ACcipies ex Galeacio iſto Cremẽſi:qui meas ptolit ad te lfas:quæ uelim abs te curatũ iri: Non. n.ignoras q̃tũ diſcipuli pceptoribus debẽt:quos nõ ſecus ac parentes colere uenerariq oporteat Q đ quoniá mime ignoras:tecũ lõgior eẽ nolui. Vale.ex medio.pridie Cal.Apri.Mccccxlviii.



ℭ Franciſcus philelphus Angelo actiolo equiti aurato.S.D.

QVæ petẽti tibi:Philippo Maria duce adhuc uiuo:receperá de Coſmo medice:ea ſuaui oĩa. Quæ uero tu mihi neq petẽti:neq cogitãti es pollicitus:nuſq̃ apparẽt. At nouit Coſmus & egregie q dẽ mecũ actũ eẽ nullo iure. Q đ ſi extrema affectus iniuria:oĩa tibi cõdonaui: quid facturus ſit. Coſmus:apud quẽ unũ tu poſſe uideris oĩa. Aut igit pmiſſa pfice:aut tibi debeo nihil. Vale ex Mediolão Kal.Aprilibus.Mccccxlviii.

ℭ Franciſcus Philhus Cuarnerio Veronenſi.S.D.

STrabonẽ geographũ:quẽ ãb me petis cõmodato:darẽ ad te primũ:ſi penes me foret. Sed eũ ab uſq Cõſtãtinopoli cũ aliis meis pmultis libris miſi ad Leonardũ Iuſtinianũ uiꝝ clariſſimũ & tibi æq̃ amiciſſimũ:atq ipſi mihi:ea.ſ.lege:ut mihi:cũ primũ i Italiá reuertiſſeꝫ: bona fide reſtitueret. Nũc illo uita fũcto:libri oẽs ſũt apud eius filiũ Bernardũ:uiꝝ optimũ patriq ſimillimũ. Tu rem tenes. Vale.ex Mediolano.iii.Nonas Augu.Mccccxlviii.

ℭ Franciſcus Philelphus Ioãni auriſpæ.S.D.
gerrimus religioſiſſimuſqꝫ ſacerdos frater Marianus is qui tibi reddidit hãc epiſtolã:erat cõtinuo
deceſſurus ad uos.Itaqꝫ nõ potui qđ uoluiſſẽ:ad ea reſpõdere:ꝗ̃ tũ de fortũa locutus es.Sed rñdebo poſtea:
cũ qd otii nactus fuero:& ſi hoc mihi uix unꝗ̃ dat oio.Interi te moneo:atqꝫ hortor:ut nihil exiſtimes huma
nis i reb⁹ uni uirtutis ãteponẽdũ.Hæc.n.ſola uiget:ſapit:eſtqꝫ imortalis.Reliq oia & uana ſũt:& fragilia pla
neqꝫ cauda.Quod ſi tecũ diligẽter aio uolutabis:tibi ſalmacis datura ſit ſpolia nõ tu illi.Ariſtotelẽ de re do
meſtica uæhementer expecto.Arretinus Ioannes is q tuas mihi litteras reddidit:renunciabit noie tuo τον
αρρη τινον καρολον eſſe amãtiſſimũ mei:id quod ſũma cũ uoluptate audiui.Vale..ex mediolano.iii.no
nas decembres.Mcccel.

℄ Franciſcus philelphus Andreæ Alamano.S.D.

Vod nudiuſſeptimus reſpõdere oino tibi nõ potui idqꝫ ob nũcii ueilociorẽ abitionẽ:reſpõdebo in
præſentia minime auare:Idqꝫ ſi minus fortaſſe ex ſnia tua:at amice tamẽ.& ut arbitror uero.Pri
mũ aũt de me dicã:qđ abs te ultio loco quæſitũ ẽ:Cupis.n.ſcire:ꝗ̃d agã ꝗ̃ ſit uitæ iſtitutio:& i quã
philoſophorũ ſectã deueneri.Si ad unũ hoc rñdero:qđ de phia ſcripſiſti:& inſtitutũ meũ & actio
nẽ uitæ facile cognoſcas:Cum multæ ſint phioꝝ ſectæ:qppe quas alii nouẽ:alii decẽ exiſtimarũt:&.M.Var
ro oiũm latioꝝ doctiſſimus & Græcoꝝ inferior noie qnqꝫ & quadraginta nũero ẽ cõplexus:& ego illã maxi
me diſciplinã ſequor:& ſecutus ſũ ſemꝑ:ꝗ̃ ab Anthiſtene ꝓfectã amplificauit Zenõ:ꝑfecit Chryſippus.Illđ
dũtaxat in bonis duco:qđ honeſtũ ſit.Honeſtũ ãt ipſum ſua ipſius ui atqꝫ dignitate:nõ populari gloria defi
nio.Vt auteꝫ ſentio:ita etiam & loquor.& uiuo.Præter homines impuros ac flagitioſos odi in uita neminẽ
Eos autem omnis:qui præ ſe ferunt ulla ſimulachra uirtutis:diligere obſeruareqꝫ conſueui.Huius autẽ uitæ
inſtitutũ cũ ad alia plæraqꝫ digna laude:tum ad ſatyras ſcribendas me cõpulit.quo ꝑ uitupationẽ improbo
rum hominum & laudationẽ innocentiũ præſtantiſſimorũqꝫ uirorũ cunctos ad uirtutẽ capeſſendã.adhor
tarer a flagitioqꝫ auerterem.Quæ autem corpori ſunt:aut fortunæ:quã fabulantur:tributa commoda:& tũ
tum uel colenda:uel admittenda cenſeo:quoad eorum uſus uirtuti expediat.Nam neqꝫ uirtutem incultam

& ſqualidã:neq; nitidã nimis & elegantẽ ꝓbo. Qua ductus ſnia:q̃ mihi natura largita ẽ corporis ad ꝓbitatẽ
adiumẽta:ſiqua tãdẽ largita ſit:ea q̃tũ in me fuerit:ita tutat⁹ſũ:ut nihil corꝝ deſyderẽ:q̃ aut ad dignitatẽ mẽ
broꝝ:aut ad ſenſuũ integritatẽ attinẽt. Quæ uero extra corpus poſita uirtutis ſũt adminicula:nõ tã ſeq ſtu-
dioſe:q̃ ueluti hoſpitaliter admittere didici. Quo fit:ut q minima fortuna cõtẽtus ſim:ea neq; abundẽ: nec
ẽt prſus careã. Quin ea quo magis ab me ueluti negligiẽ:eo ſe magis p̃ſtat obſequẽtẽ:& ita ſeqtur:ut inter-
dũ etiam fugienti pudorem iniiciat. Nam omnis actio uitæ meæ inſtituto reſpõdet. Grãdes in me opes: iñ
gẽteſq; pecũiæ florẽtiſſimaꝝ Italiæ ciuitatũ & munificẽtiſſimoꝝ principũ muneribus ſunt collatæ. At mihi
quotidie ẽ tãtundẽ:ac ſi nihil unq̃ collatũ fuerit & cũ nihil ſit:nihil tamẽ deeſt. Ita mecũ agiẽ diuina quadã
benignitate:ut q prope nihil habeam:uidear omnia quodãmodo poſſidere. Satis me locupletez ſemp opu
lentũq; fore duxi:ſi conſilia & cogitationes oĩs ad uirtutẽ deũq; referrẽ. Quid enim deeſſe cuiq̃ põt:q uirtu
te comite utatur ad deũ? Nulla ſane uideẽ mihi neq; cenſenda uirtus neq; nominanda:q̃ ad deũ tanq̃ ad ſũ
mũ incommutabileq; bonũ nõ referaẽ. Hanc ego potius q̃ quorundam ſtoicorum:qui humanã gloriã po-
pularis illius & fucatæ honeſtatis noĩe uenabanẽ:ſententiã ſequens:non quod ſtultis hominib⁹:ſed quod ſa
pientibus deoq; probatũ iri putẽ:ita bonũ iudico:ut aliud nihil ponã in bonis. Nec inanẽ gloriã hui⁹ mũdi
ſed uerã illã ac cæleſtẽ mihi ꝓpono gloriã. Quare quid de me ſtulti uel ſentiant:uel loquãtur:non tã negli-
go:q̃ contẽno. Neq; honorẽ facio pluris q̃ ignominiam:ſi ab improbis cõferatur. Nullius inſani minas nec
inſidias pertimeſco. Me in omnis impuros & perditos æque acerrimũ hoſtem præbeo. Bonos aũt:& hone-
ſtatis ſtudioſos:atq; tui ſimiles unice diligo:& admiror. Et hæc quidem de me iam hinc tandem eatur i meſ-
ſem tuã. Ego ex tuis litteris:quas in hanc diem binas ad me dediſti:totum te uidere pœnituſq; inſpicere uiſ⁹
ſum. Tuo ſum ingenio non mediocriter delectatus: Nam & fœcundiſſima ꝓbitatis ſemina: & eloquentiæ
uim non mediocrem in te natura ineſſe animaduerti. Sed adoleſcentiæ feruor ita in te exeſtuat ut ꝑturbatio
nũ ignibus neſcio quo pacto minorem te præſtes. Id aũt uitio tibi dare non auſim: Non.n.me latet rationis
uſum diẽ ſolere afferre atque firmare. Neq; prudẽtes naſcimur:nec ſapientes. Alteꝝ doctrina gignit:alteru;
longiſſimi uſus temporis & multarum uariarumq; rerũ præbet experiẽtia. Quãdiu augeſcunt ſenſus:auge
ſcunt etiam appetitus:qui uehementiore quodã impetu agitati:rationi:quam ſequi ducẽ debẽt:reſiſtãt:atq;
aduerſentur: Quo fit:ut quod factu optimum ſequendũq; dictat ratio: id appetit⁹ deprauatio perinde atq;
malũ aſperneẽ:ac nolit. hinc omnis incõtinẽtiæ manat furor:qui nos p̃cipites ſciẽtis uidẽtiſq; agat in miſer-
rimam ruinam exitii. Quid inq̃ de te ſentiam:quid uelim intelligis. Video tibi ꝓpitiã admodũ ac benignã
adeſſe naturã. Innata habes plæraq; oĩa ad uirtutẽ adiumẽta. Dexteritate ĩgenii uales plurimũ. Sed hæc ipſa
uel innata item aliqua uis perturbationum: uel deprauata q̃dã cõſuetudo:neſcio quonã pacto:quãtũ uide-
or q̃dẽ ex tuis litteris cõſeq:nõ parũ ĩpedit. Fateris q̃d honeſtũ ſit:id eẽ ita bonũ:ut aliud ꝓpe nihil exiſtimã
dũ in bonis ducas. Deinde ſubdis te ita uiuere:ut ea ſola admitteris:q̃ pleriq; mortales:cũ ſe illa maxime tene
re arbitranẽ. p̃cipue in bonis admittũt:ac numerãt:ii.ſ. uel corporis uoluptate uel emolumẽto bonũ defini
entes:q̃ſi uirtutis nomẽ & inane ſit:& caducũ:& aliud nihil humão generi allatuꝝ p̃ter laborẽ atq; ægritudi
nẽ:hæc.n.ſnia e tuis uerbis quibus in epiſtola uſus es:facile colligitur. Eoq; tãdẽ oĩs tua:q̃ſi ad optimũ quẽ-
dam rerum oium finem tẽdit oratio:ut tibi uoluptatẽ in primis propoſuiſſe uidearis. Hanc ego ab humana
fœlicitate nequaq̃ oĩno reiicio:ſed ita in ea cenſeo ineſſe:ut fœlicitatem ueluti condiat:non efficiat: Nã de fœ
licitate non idem ſenſerunt omnes. Sed hanc alii natura effici putauerunt:ut & magni & parui natura effi-
cimur atq; alio alii colore. Alii diſciplina id contingere poſſe argumẽtantur:eẽ enim ſcientiam quandã fœ
licitatis: Nam ſcire fœlicitatem idem opinantur atq; fœlicem eẽ:ut ſcire eloquentiam oratorem eẽ oſtẽdũt.
Alii exercitationi cuipiam fœlicitatem dediderunt. Permulta enim ſunt: quæ neq; natura in nobis inſunt:
neq; doctrina comparantur:ſed exercitatione q̃dã cõſuetudieq; aſſeqmur. Nec me latet quoſdã exiſtimaſſe
fœlices hoĩes reddi diuino quodã afflatu:q̃lis dictos legimus & νυμφολήπτους & θεολήπτους eos q
ab deo eẽnt nymphaq; correpti: Ex quorũ nũero fuiſſe tradũt Tireſiam: Amphiaraum. Calchanta. Lycur-
gũ. Numã Pompiliũ:omniſq; ſibyllas. Plæriq; ẽt & fuerũt & ſũt:qui uim omnẽ fœlicitatis fortuna definiãt.
Nec differre quicq̃ iter ſe uolũt fortunatũ atq; fœlicẽ hominẽ. Naturã ualere plurimũ ad fœlicitatẽ nõ ſũ ne
ſcius:quãdoq̃dẽ ẽt ad uirtutẽ:qua ſine fœlix eẽ nemo põt:ui hẽt nõ mediocrẽ: Sed ut oĩno boni non naſci-
mur:ita ẽt nec fœlices: Perpulchrũ ẽ uirtutẽ diſcere:ſed lõge pulchrius lõgeq; præſtantius reat uti uirtute:ñ
.n. qui eã didicerit:cõtinuo ſit uir bonus:niſi uſus quidã aſſiduus exercitatioq; acceſſerit. Nec otioſam uirtu
tẽ ꝓbẽ:nec dormitãtẽ fœlicitatẽ:ſed uigilãtẽ potius & aliquid ſemp magnũ p̃clarũq; agẽtẽ: Nã quo pacto il
lũ fœlicẽ arbitremur:qui neq; itelligat:nec agat quicq̃ hũano dignũ igenio? Diuinũ aũt ſpiritũ qui ſuſcipiũt:ſi
q tãdẽ eum ſuſcipiant:non illos ſua:ſed diuina fœlicitate diuinos iudico. Secũda fortũa q̃ diciẽ:qui fœlicita
tẽ cenſent cõtineri:ſi idem fortunam dicũt:quod numeris ſuis oĩbus cumulatam perfectãq; prudentiã: Hi
uirtutẽ maxime laudant. At in his infirmis fragilibuſq; rebus q̃ oĩ mutabilitati tẽporũ ſũt ſubiectæ:ſummaꝫ
fortunã ponere:nihil eſt quod accedat ad ſtultitiã propius. Momẽtaneas autem res huiuſmodi planeq; cadu
cas ita oſtendis probari tibi:ut aliud nihil iucundius putes. Et erras tu quidẽ plurimũ:ſi ita ſentis:ut loqueris
Qui de fœlicitate ſunt exq̃ſitius diligentiuſq; locuti:eam tribus in rebus poſitam crediderũt: Nã alii pruden
tiam ſummum bonum eſſe dixerunt eandem hi quidem prudentiam appellantes:quam ſapientiã:quæ to-
ta in ueri inueſtigatione cognitioneq; conſiſtit. Alii uirtute actiua conſtare fœlicitatem:alii uoluptate puta-
uerunt. Primum illud fœlicitatis genus totum ẽ ai:q dũ ueritatẽ cõtẽplatur & deſũ:reliqua omnia pro nihi-
lo ducens ſeipſo contentus eſt:nullius rei indigens planeq; beatus. Qui actionis morũque uirtutem adama-
rũt:ſe homines eſſe meminerunt, itaq; non animi ſolum:ſed corporis quoq; habendam eſſe rationem ſua-



dent. Voluptatẽ duplicẽ eẽ ſcimus:alterã ai:alterã corporis. Cyrenaicus Ariſtippus uoluptate corporis ſum
mũ bonũ cõſtare exiſtimauit:qua ipſa in re utrãq; uoluptatẽ ſecutus ẽ epicurus:q q̃uis improbeẽ a multis:
uideo tñ ab illo eã uoluptatẽ maxime oium laudari:q̃ fit ai q̃ ſapientiã uirtutẽq; conſequaẽ. Et q̃ alia fœlici-
tas nr̃a nobis chriſtianis futura:ẽ cũ deũ corã p̃ſentemq; uidere cõtẽplariq; licebit? nõne immenſum quod-
dã & iſinitũ gaudiũ? Id aũt oẽ gaudiũ nõne uel iucũdius fiat uel cumulatius:cũ aio corpus fuerit reſtitutũ? cuꝫ
hoĩes oĩ ex p̃te puri deſecatiq; reuiuiſcẽt? Nec.n. aſpernatur de⁹ honeſtas corporis uoluptates:qui cũ guſtaſ
ſet:uoluit bibere. Qui corporis ſuiq; oblitus ſolẽ ai uoluptatẽ ſequitur:is habet cõmune quiddã cũ Pythago
ra & Socrate:quoꝝ alterũ in cõtẽplatiõe ſupioris:alteꝝ in actiõe inferioris uitæ maxima cũ uoluptate uerſa
tũ accepim⁹:q̃q̃ q̃uo corporis obliuiſci queat nõ intelligo:q uel ſe ſeipm noſſe:uel aliquid recte agere iſtitue
rit. Qui uero ita expetendã putat corporis uoluptatẽ:ut nihil habeat cũ uirtute cõiũctũ:nihil cũ ſapientia:is
mihi nõ multũ a lãguida quapiã & inerti pecude uideẽ differre. Sed q ita ſeſe parat:ut & animi perq̃ diligen
tiſſime p̃ſequaẽ:& corporis itẽ rectã uoluptatẽ nõ aſperneẽ. Hũc eo maiore laude dignũ puto:quo illuſtrius
ẽ totũ curare hoĩem q̃ alterã hoĩs p̃tẽ:ſi q̃dẽ neq; ſolus animus hõ eſt:nec corpus ſolũ:ſed quod certo cõſtet
& aio & corpore. Quo quidẽ meo ꝓlyxiore ſermone ſatis ſupq; mi Andrea uideris admõitus:q̃d ego in epi
ſtola tua deſyderari. Vidi abs te diſertiſſime uim naturãq; honeſtatis laudari:cui⁹ ẽt te ſtudioſũ facillime de
claraſti. deinde in illã cõmodorũ uoluptatiſq; rationẽ neſcio q̃:ita delapſus es:ut uirtutẽ oẽm quaſi cõtentẽ-
dã deſpiciẽdã & nihil oio faciẽdã aſſereres. Quæ quanq̃ te ſimulatione quadã potius ſcripſiſſe reor: quo me
ad reſpõdẽdũ ueluti prouocares:uolui tamẽ ſenex & Philelphus:ut tu adoleſcens & alamãus ex me quoq; i
telligeres:quæ tibi nõ eẽ ignota crediderĩ:oium primũ eẽ a te ſtudendũ ſic artibus animi:ut nullius oĩno par
tis aut ignarus ſis:aut negligens:deinde corporis eam habendam curã:quæ ai naturæ dignitatiq; reſpõdeat
Quod ſi feceris:ſicuti certe facies:non difficile futurũ exiſtimo:ut totius hominis tuaq; uoluptate q̃ ſuauiſſi-
me perfruaris. Vale. ex Mediolano. vi. idus decembres. Mccccl.

Franciſcus philelphus Sphortiæ ſecundo. S.D.

PEto abs te in maiorem modum:ut quod & mihi coram recepiſti:& ex proximis meis lr̃is audire
potuiſti:id apud patrem tuum præſtantiſſimum & munificentiſſimum principem q̃ primum &
q̃ optime conficias. Hac mihi re neq; gratius quicq̃:neq; magis neceſſarium præſtare potes. Va
le. ex Mediolano pridie idus decembres. Mccccl.

Franciſcus philelphus Sphortiæ ſecundo. S.D.

PEtii abs te proximis litteris ſecundũ:quod etiam nunc tertium & peto & te quoq; ſi pateris rogo
ut rem meam apud principem noſtrum munificentiſſimum patrem tuum ubi minus confece-
ris:ita conficias:ut mihi abiens coram recepiſti. In hunc diem neque tu reſpondiſti quicq̃:nec ex
alio ſum certior factus:quid egeris aut nõ egeris. Itaq; aut reſponde q̃primũ:aut equũ mitte: quo
uehar ad uos: Nã ſi ad uos uenero:facile futurũ ſuſpicor:ne uacuus Mediolanum repetam: præſertim cũ iã
inſtet natalis Chriſtianus:qui princeps ſolet ad beneficentiã exhortari. Vale. ex Mediolano. xv. Kalendas ia
nuarias. Mccccl.

Franciſcus philelphus al. d. pl. Facino forobronſiciano.

VIdeo te nimis lautum factum:qui nihil reſpondeas ne amicis quidem. Deus malefaciat iſtis num
mis:quibus ita ſuperbus redderis:ut nos ſcilicet minores cõtemnas præ te. Quod ſi ſcires: tibi rẽ
eſſe cum ſatyro:non modo non taceres:ſed eſſes loquacitate ipſa loquacior. Si mihi equus eſſet:
aduolarem ad uos q̃primum:ut quod uos amici negligitis:ego præſens uel efficerem:uel cõfice
rem. Vale. ex Mediolano. xv. kal. ianuarias. Mccccl.

Franciſcus philelphus Nicodemo tranchedino. S.P.D.

QVod & princeps noſter Franciſcus Sphortia tibi abeunti iuſſerat:& ipſe uerbis pluribus abs te pe
tii:ſi minus in hanc diem conficere potuiſti:ut conficias tandem:cupio. Hac enim una re neque
gratius mihi quicquã præſtare queas nec etiam iucundius. Atqui beneficium illud quis nõ liben
ter cõferat:quod is in quẽ conferamus:maximi ſit factus:& eo tamen uſurus non ſit? Sic enim tũ
ſumus liberales:tum ex huiuſmodi noſtra liberalitate neq; moleſtiæ neq; incommodi quicquam accipimus
Tenes:quid uelim. Vale. ex Mediolano. xv. Cal. ianuarias. Mccccl.

Franciſcus philelphus Facino forobronunciano. S.D.

SI commode fieri abs te poteſt:huc hodie uenias:peto. ſum enim tecum quædam cõmentaturus
Quare uelim ne differas. Neq; committas:ut te potius excuſandum cunctationis q̃ laudandũ ꝓ
perationis oſtendas. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris Cal. ianuariis anno a natali Chriſtiano.
Mccccli.

Franciſcus philelphus Ioanni Mario filio. S.D.

POſteaquã a nobis abiiſti:de te nihil accepimus. Itaq; non poſſumus non uereri:ne q̃d tibi quod
nolimus acciderit. Nam hoſpes ille ad quem diuerteras noctetculus proximo die hinc profectus
es mediolanũ modo ueniens renũciauit te cum es apud ſe hoſpitatus:uiſum eſſe e ſtomacho la-
borare:& de caupone quæſtum:apud quem prandiſſes. Quare uelim:me facias de te tuiſq; cõ-
ſiliis certiorem: Nam ſi uales:q̃d iſtic tempus inaniter teras neſcio. ſin minus uales dãda eſt opera ne tua ne-
gligentia ſis peiore conditione. Vale. Ex Mediolano. v. idus ianuarias. Mccccli.

Franciſcus philelphus Andreæ Alamanno. S.D.

CVm nihil in hãc diem te uideo meis ad te litteris reſpondiſſe facile adducor:ut credam te τῇ νη-
λογίᾳ ἀνθρώποις αὐτόχθοσι quã ipſe quãdã faciundã putẽ:potuiſti ex proxima lõgiore illa

epiſtola nõ difficile noſſe. Ignoſco aũt tibi:qppe q mõ uxorẽ duxeris:cui obſeq te τον υἱὸν γάλλονιnõ oĩno
abſurdum eſt:modo mediocriter omnia. Vale.ex Mediolano.iiii.idus ianuarias.Mccccli.

℄ Franciſcus philelphus Laurentio. Gygni filio.S.D.

NOn poſſũ officiũ tuũ nõ accuſare:qđ tãdiu ſilẽtiũ egeris:Nec.n.mei oblit⁹ eẽ debes:quẽ mirifice
diligere cõſueuiſti. Nec ẽt Pythagoreus factus es tã repẽte:q elocutionis ſtudio maxime oium ĩ
ſeruire didiceris. Nec te ſupbum factũ eẽ puto:qui hũanitate & mãſuetudie nemini cedas. Itaq
niſi te iure accuſatũ malis:facito propediẽ intelligam:quid in cauſa fuerit:ut tanto ſilentio te de
dideris. Vale.ex Mediolano idibus ianuariis.Mccccli.

℄ Franciſcus philelphus Auguſtino dato.S.D.

NVlla ratiõe adduci poſſum:quin credam te mei eſſe amantiſſimũ:a quo ſis pulcherrime iſtitut⁹
Sed nõ poſſũ nõ mirari:qđ nihil lr̃is obſtrepas:qui quotidie cũ apud uos agerem:me pulcherri
mis tuis ſuauiſſimiſq epiſtolis ueluti laceſſeres. Nũc uero totus es mutus:q quo es fact⁹ ligua ſo
lutiore:eo te loquaciorẽ eſſe oportuit. Vale.ex Mediolano idibus ianuariis.Mccccli.

℄ Franciſcus Philelphus Franciſco patricio.S.D.

QVam de te Philelphus ſit bene meritus:eloquentiæ & eruditiõis nomen:qđ es p oẽm italiã non
medocre neq obſcurũ adept⁹:facile đclarat. Quo fit:ut nõ neſcius eẽ debeas:q̃ te gratũ eẽ opor
teat. Quod.n.maius ĩ quenq̃ beneficiũ cõferri põt q̃ deſcipline & eloquẽtiæ: qbus rebus nõ mõ
cæteris oibus aiantibus:ſed ipſis quoq præſtamus hoibus:qui nihil ſupra hoiem ſapiũt. Deſyde
ro igit̃ officiũ tuũ his in rebus:quibus a nobis uel inſtitutus es uel confirmatus:ni tacẽdi fortaſſe q̃ loquen
di artem profiteri malis. Vale.ex Mediolano idibus ianuariis.Mccccli.

℄ Franciſcus philelphus Ioanni Simonetæ S.D

QVanq̃ me de te mea feſellit opinio:qui nõ minus me diligas:q̃ ab me amari te itellexeris. Amor
autẽ erga te meus quantus ſit:nõ te minus q̃ opinione cognoſces. Emori mali q̃ iure ingratus iu
dicari. Beneficio affecti qui ſeſe ingratitudinis accuſari noluerunt:alii aurũ & argentũ:alii marga
ritas & gẽmas:alii aliud fortunæ bonũ qđ dicit̃ retribuere cõſuerũt. Ego ãt beneficios didici quã
tũ & humanũ & meũ præſtare põt igenium:ex hoib⁹ deos reddere & ea imortalitate donare:quã laudis glo
riæq æternitas afferre ſolet. Quid de me tibi ſperãdũ ſit:liqdo potes aiaduertere. Tuũ aũt munus ẽ:ut qđ
prope diẽ fore ſignificaſti:id ita fiat:ut nõ in illud uetus ac Virgilii prouerbium incurriſſe uideat̃. Tarde ue
nere ſubulci. Nihil eſt enim neceſſitate potentius. Vale.ex mediolano.x.Kal.februarias.Mccccli.

℄ Franciſcus philelphus Mario filio.S.D.

CVm præsbyter iſte florentinus qui has tibi lr̃as reddidit:eẽt ſinariũ redditurus:petiit ſiquid eſſet
qđ ſcribere ad te uellẽ:id fidei ſuæ diligẽtiæq crederẽ.itaq ex eo audies mentẽ meã de reb⁹ tuis
eãdẽ.ſ.quã ex pximis lr̃is:quas redditas tibi arbitror:accipere potuiſti. Franciſcus ille Alexãdri
nus eruditiſſimus medicus improbat uæhementer cunctationẽ tuã nõ ſolũ iſtic: ſed ẽt Maſſiliæ
Hortaturq:ut Renatũ Regẽ:qui te plurimũ diligit:aſſidue ſequaris:ſic enim & dignitatem ſimul & rẽ te ñ
mediocriter aſſecuturũ:Quod ut facias:non ſolum probo:ſed etiam iubeo. Mariam nurum & neptem ioan
nam bene ualere opto. Vale.ex Mediolano.vii.Kal.februarias.Mccccli.

℄ Franciſcus philelphus Sphortiæ ſecundo,S.P.D.

AVdio Matthiam tuũ uel noſtrũ potius ex patria reuertiſſe. Quod cũ & eius & tua etiã cauſa: qui
hominẽ uæhementer diligis:tũ itẽ mea nõ poſſũ nõ plurimũ lætari:quippe qui nequaq̃ dubitẽ
iſtũ ſecũ attuliſſe Strabonẽ:quẽ diſertiſſimus Blondus Flauius egoq tã ſæpe ac multũ nõ petiui
mus ab eo ſolũ:ſed ſũmo ſtudio:petiuim⁹:orauimus:obſecrauimus. Nec.n.adduci poſſũ:ut cre
dã Strabonẽ eſſe Triuii coniectũ i ſempiternas tenebras. Nã noui humanitatẽ liberalitatẽq Matthiæ. itaq
rogo te:iſti nũcies uerbis meis iucũdũ eẽ mihi reditũ ſuũ ad te. Verũ multo fore iucũdiorẽ:ſi ſtrabonẽ ad phi
lelphũ ſuũ q̃primũ đderit. De re pecũiaria heri ſcripſi ad pricipẽ. Antõius hic lõgus lõgã mihi ſpẽ dat:q ego
qđ ad noſtrũ Gaſparẽ eruditiſſimũ medicũ ſcripſi:pcio emere nullo pacto iſtitui. Vale ſpes mea.ex Medio
lano pridie Cal.februarias.Mccccli. ℄ Fran.phi.Lanceloto Cardinali leucoſiæ S.D.

CVm te libertati tuæ ac priſtinæ dignitati reſtitutũ accepiſſem:uix dici queat:quanta ſum lætitia
gaudioq affectus. Non enim potueram nõ dolere te talẽ tantũq põtificẽ coniectũ carcerẽ:qui
bonorum omnium innocẽtiumq uirorũ & profugiũ eſſes & portus. Itaq tibi ampliſſimo patri
maiorẽ imodũ gratulor:mihi aũt lætor plurimũ q dolorẽ quẽ ex idigna tua captiuitate acerbiſ
ſimum acceperã audita nup iſtiuſmodi liberatio tua in maximã mihi uoluptatẽ uerterit. Vale.ex Mediola
no Calẽ.februariis.Mccccl.i ℄ Frãciſcus Philelphus Blaſio axeretẽſi equiti aurato S.P.D.

IAm eſt in lumine. Itaq a te peto:ut quas hyeme plantas illas ficulneas ad me dare ueluti peritior
agricola noluiſti:nũc tandẽ dare incipias:Niſi fortaſſe:quod nolim:moleſte feras res ullas bonas
forte tibi cõmunes cum aliis:Nam ſi pluribus rogari te cupias:non poſſum non uereri:ne uel in
uidiæ:uel obtrectationis ſis accuſandus:quas quidem perturbationes indignas arbitror magnitu
dine ai tui. Cupio itẽ plantas prunorũ Damaſcenorũ. Vale.ex mediolão.iiii.nonas februarias.Mccccli.

℄ Franciſcus philelphus Carolo Regi Francorum,S.P.D.

CVm tuas ego res bellicas diu mecũ Rex Karole multumq cogitaui:unus profecto uiſus es quẽ
uniuerſa chriſtiana reſpublica tantis ac tam diuturnis fluctibus agitata cõcupitæ exoptatæq qe
tis atq tranquillitatis auctorem ſit tandem habitura. Nã ſi uerum ſine cuiuſq̃ inuidia fateri lice



poſteaq̃ impia & imanis illa ſceleratiſſima mahumeti ſecta inualuit:nullũ eſt uſq̃ hominũ genus:cui plus de
beat chriſtiana religio q̃ inuictæ frãcorũ nobiliſſimæq uirtuti. Cũ reliqui.n.fere oẽs & reges & populi chri
ſtiani ignauo quodã animi torpore tanq̃ elãguiſſent ſoli frãci inuenti ſunt:qui ingenti animo & excelſo oẽs
barbarorũ & infideliũ impetũ non modo ſubſtinuerint:ſed repreſſerint.quid inq̃ repreſſerint:immo fude
rint fugarint:oppreſſerint. Nam Italiæ uires q̃q̃ & ualidæ ſunt & maximæ:tamẽ quia neſcio quo infœlici fa
to inteſtinis ſeditiõib⁹ inimicitiiſq laborare didicere:neq potuerũt omnino:nec itẽ poſſunt oſtẽdere.q̃tũ ui
prudẽtiæ & animi robore uigent:florent:atq antecellunt. Soli frãci: Soli francorum principes ac reges in oĩ
chriſtianorũ numero auſi ſunt chriſtianæ utilitati ſemper & dignitati conſulere. Itaq maiorẽ in modum do
lendum erat:tantũ inualuiſſe uim demonum:ut quæ una gens eſſet in nomine chriſtiano:quæ ad pietatẽ &
gloriã nata uideretur:ea tandiu domeſticis cladibus exerceretur. Sed finit interdũ deus eos urgeri aduerſis
rebus:quos habet cariores:idq:ut arbitror:nõ tã quo experiatur fidẽ & cõſtãtiam hominum:q̃ multo prius
norit:q̃ futura ſit:ſed quo iis detur ueluti promerẽdi materia cumulatior,& illuſtrior. Quare cũ Thobias.
cum Iob.cum rex tolerãtiſſimus ille Dauit tãtas ac tã intolerabilis ærumnas ppeſſi ſunt:quo ſe aduerſus de
um geſſere ſubmiſſioris:eo magis illos & ope ſua:& ſuis ſecũdis rebus deus dignat⁹ ẽ. Sic.n.deus tũ maxie p
deſt:cũ maxie uidet̃ affligere:tũ p huiuſmodi calamitates atq cruciatus reſipiſcẽdi cæteris exemplũ efferri
ſolet. Dolẽdũ profecto erat bonis omnibus Rex Karole:quod chriãiſſimũ genus hominũ te rege pientiſſi
mo tandiu:tam grauiter:tãta malorũ mole præmeretur. At ego cũ meipſum colligo: & mente diligentius
rem uoluto:facile uideor intelligere id oẽ diuino quodam conſilio factũ eſſe. Oſtendere deus uoluit:ut opi
nor:nullam eſſe humanã potẽtiam:quæ propriis cõſiliis atq adminiculis aut ppetua eſſe poſſit:aut diutur
na:ſi diuino pſidio careat. Quãobrẽ iccirco paululũ ueluti a frãcis ſecedere uiſus ẽ:quo & per fideliſſimi po
puli flagella infidelib⁹ cũctis minitaret̃ iterũ:& cũ te frãcis uenerabiliorẽ:tũ uniuerſis tuis ſuiſq hoſtib⁹ for
midabiliorẽ efficeret. Tua certe pietate:ſed diuina qdã ope:& auxilio factũ ẽ:ut eos ois:q perinde atq ſtul
ti,& amẽtes a te defecerãt:ad ſanitatẽ tua cũ gloria uideas rediiſſe. Deo ipſo duce imperatore uexilifero nõ
mõ patritũ atq auitũ regnũ cũ immortalitatis nomine recuperaſti:ſed lõge id admodũ ãpliſicaſti:ſtabiliſti
ornaſti:Nã ſi magna res ẽ ferociſſimos anglorũ impetus ſuſtinere:quãto maior cenſeri debet anglos ſupera
re:pſternere:iterimere! Has aũt talis tãtaſq uictorias in reb⁹ præſertim deſperatis & pditis exiſtimare debes
neq tuis:nec ullis humanis opibus te adeptũ:ſed diuina potius quadã mẽte:quæ chriſtianæ ſuæq reſp. diu
turna ægrotatiõne morboq confectæ tuo fœliciſſimo ductu.tuis ſecũdiſſimi auſpiciis iam tandẽ ſuccurret̃
moderiq cõſtituit. Quare te rex Karole ẽt atq ẽt rogo:& oro:ut quãq̃ neq mei:neq cuiuſquam cõſilii:nulli
us admõitionis:nulli⁹ cohortatiõis indigeas:pacatis iam & cõpoſitis reb⁹ tuis mentẽ atq aium tuũ oẽm ita
excites atq armes i peſtiferos & impios hoſtes Chriſti:ut tanto tãq ſempiterno beneficio ornatus nõ grati
tudinis min⁹ lauderis:q̃ cæterarũ uirtutũ omniũ cõſueuiſti. Duo ſunt infideliũ genera quæ populũ chriſtia
nũ maxis detrimẽtis ærũniſq affecerũt:quotti diæq afficiũt turci & ſarrhaceni:quarũ alteri parua ſeruorũ
manu ægypto. Syria:iudea tribus opulẽtiſſimis puinciis per noſtram negligentiã occupatis. Cyprũ. Rho
dum ac reliquas finitimas iſulas indies magis magiſq populantur. Turci uero nulla ſua:ſed chriſtianorum
pecunia cõducto pegrino milite & eo qdẽ nõ admodũ multo:id ſunt bellandi aſſiduitate aſſecuti:ut q fugi
tiui ſcytarũ ſerui ex horrẽtib⁹ illis cautibus uaſti caucaſi in pſida ſeſe ac mediã mẽdici & famelici recepiſſent
nũc nemine:ut ita dixeri:repugnãte intra ſinũ hadriaticũ nõ ita lõge ab italia cõſederint:qn ſi uelint ad pau
cas horas eo ſint tractaturi:hos aũt qui ſunt qſi qdã ſarrhacenorũ ppugnacula:& ſi iampridẽ chriſtiana uir
tus nõ difficile ſupare ſubiugareq potuerat tñ cũ uel iparatius in eos uel iprudẽtius itur ſit ut & prudẽtes illi
& parati exiſtiment̃. Hac una re factũ eſt:ut & rex Sigiſmũdus annos nat⁹ qtuor & uiginti incauti⁹ hoſtẽ nõ
oio incallidũ aggreſſus fugæ turpiſſimæ terga dederit:& Vladiſlaus rex admodũ adoleſcẽs cũ annis ſupio
rib⁹ ſuũ maluiſſet:Ioannis uaiuodæ pitiſſimi ducis q iã bis & iterũ turcos igẽti clade ptulerat: cõſiliũ ſequi:
cũ nõ mediocri chriſtiani exercitus detrimẽto interierit:& anno pximo idẽ Ioannes uaiuoda q antea ſæpe
numero trophæa de turcis pulcherrima ſtatuiſſet:cũ eoſdẽ hoſtes adhort⁹ fortiſſime:iã plane uertiſſet in fu
gã:coactus fuerit per ſuorũ militũ incõſtãtiã. Cæterarũq pſidiã nõ ſine magno chriſtiãorũ ulnere ab eo bello
diſcedere. Ita ſit:ut uel iperatorũ iſcitia:uel timiditate militũ:uel diſſolutiore quodã hoſtiũ cõtẽptu:quos uin
ci iampridẽ & uenire ſub haſta:aut mactari oportuiſſet:uictores ipſi iſolẽteſq uideant̃. Eoq ab iis audaciæ
itũ eſt:ut cæteris fere oibus chriſtianis pro nihilo habitis ſolos ſibi metuẽdos ducãt & francos & italos:quos
alteros ſæpe mari:alteros uero quãdoq terra nõ ſine ſua maxima pιicle pugnãtis experti ſint. Sed quoniã ñ
ignorãt uires italicas hoc tpe ut antea ſæpe mutuis inter ſe odiis ac bellis digladiari:ſoli ipſi frãci ſũt reliqui
quos formidẽt:qppe quos audeãt p⁹ tã multas pclaraſq uictorias:qs de anglis germaniſq ſt adepti: quẽ æq
inter chriſtianos timeant:hoſtẽ hẽre neminẽ. Vñ cum ſciant uirtutẽ frãcorũ ocioſam natura eẽ non poſſe:&
eoſdẽ pterea iuſtas hẽre cauſas ulciſcẽdi:ſũmũ inde in ſeſe malũ breui putãt emanaturũ:pſertim eodẽ uno te
rege fortiſſimo & belli duce ſapiẽtiſſimo & prudẽtiſſimo caſtrorũ imparot̃ & uiro plãe optio & hominib⁹
ſimul deoq cariſſimo. Quæ cũ ita ſint.reliq̃ tria eẽ aiaduerto:quæ oñdã:primũ qđ adeo id bellũ neceſſariũ
ẽ:ut nullo pacto ptermitti qat: Alterũ uero q ea res factũ ẽ admodũ facilis:ſi rõne & cõſilio gubernet̃. Extre
mũ aũt erit:ut pbẽ:q ingentẽ utilitatẽ hoc idẽ bellũ ſua ſit uictoria tibi chriſtianiſq allaturũ. Quid.n.in uita
hominũ magis neceſſariũ cẽſeri dẽt:q̃ aut id maxime oium ſeq qđ honeſtũ ſit:aut id oi ope atq opa aſpna
ri.qđ afferat ſecũ ullã turpitudis fœditatẽ! Nõ.n.ad cibũ ac potũ:nõ ad pruriẽtẽ corpis uoluptatẽ:q̃ ipſa no
bis cũ pecudibus ſunt coia:ſed ad decus dignitatẽq nati ſumus. Icc irco nobis mens data eſt imortalis ac di
uina:ut imortalitati ſeruientes Dei ſimus q̃ ſimillimi. Et quo pacto propius ad Deũ accedim⁹ q̃ p beneficẽ

f

Duo sũt ge
na infideliũ
Turci & Sa
ceni.

tiam & iuſtitiam. Tunc Deum maxime imitamur:cū aliis beneficimus:cū iuſti ſumus. Quibus rebus eo ē magis a nobis ſtudēdū:quod non ſolum gloriā huius mūdi:quæ q̃tacūq; eſt tota eſt breuis planeq; inanis: ſed multo magis cæleſtem illā atq; ſempiternā aſſequimur. Nec ille mihi iuſtus uideri ſolet:qui noceat nemini:id quod ēt eū plæriſq; aliis aiantibus eſt nobis commune:ſed qui uel pſit:cū poteſt: uel ꝓpulſet iniuriam. Non enim ſolis nobis natura nos:genuit:ſed his omnibus:quos intelligentiæ uis rationiſq; uirtus im mortali quadā forma inſigniuit. Atqui ut is abhorret a dignitate naturæ q̃ iniuſtus fit: qui nihil opis:nihil adiumenti cōferat in humanū genus:ita hic admodū præ ſe fert naturæ bonitatē:qui ad cōmunē hominū ſalutē atq; ornamentū ſeſe natū meminerit. Quod ſi honeſtum eſt ob cōmunis hominum : utilitates nullos labores:nulla pericula fugere:q̃to honeſtius & præclarius duci cōuenit id facere non propter homines ſolum:ſed propter deum propter ſaluatorem noſtrum:propter Chriſtum optimū maximū : Qui nullo a nobis officio ꝓuocatus ultro ſe noſtra cauſa morti dedit: Dum ſarrhacenī:dum turci:chriſtianis nocet p omnē iniuriæ contumeliamq;cui demum nocent:Non immortali deo:Non humani generis ſaluatori:Non chriſto ipſi domino & redemptori noſtro:Et quibus iniuriis:quibus cōtumeliis nocet nefaria illa immāiſq; barbaria:quibus certe nihil crudelius nihil dirius:nihil ſpurcius:nihil abominabili⁹:uel dici uel excogitari poſſit. Hominibus & chriſtianis & ſacerdotibus non pro calonibus & lyxis duntaxat:ſed pro iumentis etiam utuntur. His uæhunt:his arant:his fodiūt:his abiectiſſima exercent omnia erubeſcendaq; miniſteria . Q ꝙ ſiqui ſe homines & chriſtianos reminiſcentes minus æquo animo indignitatem tulerint:cōtiuo torquēt p extremos corporis cruciatus:decoriant:uerubus ſuffigunt:ſecant:rota inſuunt p acerbiſſimas mēbrorū oium fractiōes. Oh miſerā. Oh iſœlicē cōditionē chriſtianæ religiōis: Hæc chriſtiani principes audiūt:hæc ſciūt:hæc ſentiūt:hæc miti aio fieri patiūt. Nā qd ego dicā de ſpurciſſima & teterria execrabilis iperātiæ feditate quā ſiqs aio generoſior ppeti noluerit:aut defodit:aut excidit: Nū his oibus iniuriis ac pbris Chriſt⁹ afficit:quādoqdem ob eius nomē chriſtianis inferunt : Num decet chriſtianiſſimū regē pati nomē chriſtianū tā tetro:tā horribili:tā deteſtabili dedecore ſcelerari:Num lodouicus ille rex ſanctiſſimus:qui primus regū oium chriſtianiſſimus dictus eſt:pateret ſi uiueret:tā turpem cōtumeliæ notā iniuri chriſtianæ dignitati q̃ primū ut ſtaret cōuentis:ut iuſiurādū ſeruaret:ut illud qd honeſtū dicimus tueret:exhauſit theſauros ſuos omnis. & quā anno ſuperiore cœperat cū ingenti pda. Damiatam hoc enim nomie canopū appellant: reſtituit ſarrhacenis:deinde comparato rurſus ex uniuerſa gallia italiaq; & ſicilia exercitu ob eandē uim honeſtatis in africā traiecit eo cōſilio:ea mente:ut nō modo acceptā in ægypto calamitatē ulciſceretur:ſed omnem impuriſſimi mahumeti ſuperſtitionē tolleret e terra uiuētiū. id quod facile effeciſſet: niſi peſtilentiæ ui correptus apud tyneta quā obſederat:una cū filio Lodouico: Albaniq; cardinali ac iſinito pœne chriſtianorū numero ex hac luce migraſſet. Hac ēt ratione Karolus ille gentilis tuus & rebus geſtis & cognomēto magnus imitatus Karolum martellum auū:qui ſarrhacenos ad trecenta millia:& amplius interemerat:ubi poſt captiuitatē deſyderii ultimi lōgobardorū regis italicas res ois cōpoſuiſſet:& ab leone ſūmo pontifice id qd antea cōſtituerat Hadrianus inſignibus impii romani eſſet ornat⁹ . cū primū in ulteriorē galliā reuertiſſet:nō tā cōtentus pſenti laude q̃ maiorē quādā & clariorē aio meditatus robuſtis firmiſſimiſq; copiis Hiſpaniam petit. Ea enim per id tēporis ſceleratis pditi mahumeti ſectatorib⁹ ſeruiebat. Tota erat in tetro ſarrhacenorū & flagitioſiſſimo dominatu: Diuturnū fuit piculoſiſſimūq; bellum Multæ pugnæ : utrinq; clades euētus uarii . Sed tādē effectū eſt diuina benignitate: ut prudētia & pſeuerātia ipatoris exercituſq;. uirtute īdē impii hoſtes Chriſti æque fuerint extrema calamitate preſſi.ut eiſdē perfidie ſocii ad aſperū montē afri ab eodē Carolo deleti ſunt. Nōne eadē fuit honeſtatis cauſa Lodouico pro huius Caroli magni filio:dum tanto cū labore atq; piculo liberauit urbē Romā duriſſimo ſarrhacenorū iugo:q ſultani : ægyptiorū ductu p nefariā quorūdā Romanorū cōiuratione in italiā fuerant acceſiti: Nā qd aliud deſyderiū fuiſſe credim⁹: frācis illis reliqſq; gallis:qui duce Gottifrædo ubi in aſiā puenīſſēt:ſarrhacenos apud damaſcū pugna ſuparunt.apud antiochiā pſas. & turcos cōtriuerūt. Meſopotaniā oē; recuparunt. ac rurſus ſarrhacenis in ſyria ad internitionē uſq; pfligatiſq; marrhaq; acharcha populoſiſſimis munitiſſimiſq; urbibus expugnatis ſanctā ciuitatē uniuerſāq; paleſtinā qd Henrico tertio impante fecerat:itē Bohamundus. erubeſcēda iſidelīū ſeruitute liberarūt poſſederūtq; mirabili cū chriſtiani noīs incremēto annos octo & octoginta ad Saladini uſq; tēpeſtatē.qui non tā aut ſua aut turcorū quorū Amyras poſtea fact⁹ eſt uel prudētia. uel uirtute q̃ nroꝝ inſcitia atq; ignauia Guidonē & ipm frācū hieroſolymorū regē iniquo plio cœpit:& reliqs xpianis ad internitiū actis Remādū quoq; optimū & fortiſſimū uirū ac rerū bellicarū pitiſſimū uiuum ad ſe pductum ira excādeſcēs gladio cōfoſſum occidit:& ita qd ſine lachrymis mēiniſſe nō poſſu; terrā ſanctā Chriſtiq; domicilium ſpurciſſimi mahumeti ganeo dicauit. & fuit is un⁹ Saladinus:qui tātā peſtem:tātā pniciē:tātū deiq; exitiū ac pœne interitū chriſtianæ reipublicæ intulit:Et ille qdē Saladinus fuit:quidē & turcus & ottoman⁹ hac tāta & chriſtianis tā infœlici uictoria elatus tantum ſibi nomē & digitatē peperit:ut & unus omnium primus ex ottomana familia incredibili turcorū omniū conſenſu rex:quem illi Amyrā uocant:creatus fuerit:& ita in aios illorum barbarorū influxerit:ut alium ſui generis Amyram q̃ ottomanum quēpiā:in hanc diem patiantur neminem. Ex ea uero tēpeſtate ubi ſanctā ciuitatē omnemq; iudæam chriſtiani tāta clade amiſiſſent. & Alexius comnenus imperator conſtantinopolitanus latrocinādi turcis uberē iuſtāq; materiā præſtitiſſet:idēq; reliqui deinceps eiuſmodi non nulli imperatores ſtuduiſſent:ita per noſtrorū ſecordiam & inertiam res turcorum mirabili incremento auctæ amplificatæq; ſunt:ut nō tam de recupandis e hieroſolymis ſperandum eſſe uideatur q̃ formidandum de amittenda Roma. Videmus uniuerſā fere aſiā a phœnicibus & Medis ad Helleſpontum uſq; turcorum tyrannidi parere. In Europam uero ubi iam anno circiter



centeſimo helleſponto ſuperato acceſiti ſunt a Theodoro cantacuzeno aduerſus generum ſuum quē & ſocer & tutor cōſtātinopolitano imperio antea fraudaſſet. Ioannem palæologū admodū adoleſcentem:dum ſimullant fallaciſſimi latrones auxiliū ſe laturos illi deliro ſeni. Callipolin & Cheroneſū primo deinde totā prope thraciam occupant. Myſos: Macedonas: Theſſalos omis: Boetios:uniuerſam græciā:ætolos. Epirotas illiricos:ad intimā uſq; dalmatiā oia præmunt teterrima ſeruitute:iſulæ pœne omnes quæ a ſinu hadriatico ad mare ponticū:iecent :uaſtatæ iam plāæ & delolatæ ſunt:& nō modo nō quieſcunt : aut ulla ex pte remittunt efferatæ belluæ:ſed quottidie magis atq; magis ut ſunt & prædæ & cædis auidi nunc. Getas qui trans iſtrū incolunt:nunc in accolas germanos & hungaros impetū faciūt: Idq; aſſecuti iam ſunt aſſiduitate latrocinandi:ut reliquis fere omnibus poſt terga ſuperatis chriſtianis:hinc italiæ : illinc germāiæ regno tuo finitime terrori eē iam incipiāt. Dū enim noſtri aut illos contēnunt aut negligunt:hanc rerū calamitatem ac dedecus nō tā incidimus:q̃ deuenimus. Itaq; ſatis perſpicue itelligi puto: q̃ honeſtū ſit aduerſus eos bellū ſuſcipere:qbus ſeruire nō minus turpe & fœdū ſit q̃ ærumnoſum & miſerum. Quare ſi id ē maxime natura neceſſariū quod ſit honeſtū:nō obſcure tibi perſuaſū arbitror Rex Karole eſſe tui & offii & muneris q̃ chriſtianiſſimus inter principes chriſtianos & dicaris:& ſi qnq; & iuſtitia debeas omnibus & benefaciendi ſtudio longiſſime præſtare:huic tantæ chriſtianæ religionis ignominiæ ac pbro q̃ primū conſulere. Videmus a uiris ſapientibus quoſdā laudatos:qui propter inanem quandā huius mundi gloriā non tam quod honeſtū eſſet:q̃ quod honeſtū uideret:in uita ſecuti ſint. Qua ratione ducti. &. L. Iulius Brutus: &. M. man lius torquatus filios cedi uirgis obtrūcariq; iuſſerunt. Et id quidē illi præſentes intuenteſq;. Phileni uero : & Codrus Curtius:ac decii ſeſe pro patria deuouerunt. Multiq; alii permulta feciſſe traduntur illius honeſtatis ſtudio:quā popularis fama glorioſam facit. Nā qui uerā gloriā ſectati ſint:non ex illa gentilitate:ſed aut ex uetere aut ex nouo teſtamēto ſpectari cōuenit:quales Habraham. Loth Moyſem fuiſſe legimus: quorū ille ut eſſet apud deū glorioſus:ne filiū qdē imolare dubitauit. At Moyſes ut in ſuos bñficentia uteretur:cō tēpta omni mundana gloria:cū maiori utilitoriq; populo præfici poſſet:ſupplici prærce a deo petiiut ſeipſum potius q̃ iudæū populū ſterimeret:uel ingratū: Loth uero ut ſodomorū pfidiā ab iis auerteret:quos hoſpitio ſuſcepiſſet:ne filias qdē uirgines illorū libidini imanitatiq; offerre atq; dedere uerit⁹ ē cū aliter eā iniuriæ contumeliā ppulſare non poſſet. Tu aūt rex Karole patieris uniuerſum:ut ita dixerim:dei populum obſcœnæ atq; ſpurciſſimæ turcorum & ſarrhacenorū intemperātiæ tā turpiter tāq; flagitioſe ſeruire: Nō tibi potius optandum:ē ſi ſit opus:uel ingenti pbitate & laude Lodouicū filium uel te ēt.ipſum morti tradere p ſalute populi chriſtiani tandiu multiſq; flagellati atq; cōtriti: Imitatus ſcilicet nō apoſtolos ſolū reliquoſq; martyres: Sed Chryſtū ipſū Ieſū:qui cū & deus eſſet & ſummi dei filius:p ſalute humani gñis mortē ſuā hoiu; morti prætulit. An ſumus ignari ſaluū fieri poſſe neminē:niſi q̃ crucē ferat:quam ipſe tulerit? Quid quod ea eſt huius belli facilitas:ut nō tam de noſtra dubitandū:q̃ de infidelib prǽda & nece ſperandū certo ſit: Nā hoc erat illud:quod ab me ſecūdo loco dicēdū ꝓpoſuerā. Quibus in bello uin citur:ea numero tria eſſe puto:impatoris pſtātia;: militū multitudinē ac robur:& pecuniariæ rei cōmodū . Sunt. n. nſmi perinde atq; nerui qdam rerum bellicarū. Que quidē oia & nobis ad futura : ſi talis ac tanta res ductu tuo ipioq; geratur:& illis defutura non ē obſcurum. Nam ut de ui nummorū cōticeſcā:qbus te atq; regnū tuū mirabiliter affluere oēs ſciunt:is tibi exercitus ē:q & magnus & firmus:& q̃diutiſſime aſſidua militia ſumma cū laude exercitatus aduerſus maximas eaſdēq; oiu; maxie formidabiles anglorū uires:ne uniuerſu; quidē hominum genus ptimeſcat. Magnæ laudi datum ē. C. Iulio Cæſari:quod britannos difficili bello ſuperaſſet : q & Liberū:& Herculē peritiſſimos duos & clariſſimos potentiſſimoſq; duces uetiſſent aliquādo in fugā:& a nemie ipſi unq̃ eēnt ſuperati: At eoſdem ab anglis nō mō ſupatos & uictos:ſed patrio ſolo exterminatos oſtēdit Gallia. Quanto autē angli ſint francis tuis inferiores:frequētes pmagnæq; de iis habitæ in hanc diē a te uictoriæ declararūt. Impatoris præſtātiam duabus rebus cōſtare puto:prudētia & uirtute:quibus ipſis & auctoritas ois & euentus pſperi pariunt. Nam rō & conſiliū cū omnibus in rebus plurimū ualet: tū i bello gerendo maxie: Qui enim rei militaris & imperii fit:ignarus:recte agere nihil pōt neq; pugnando neq; imperādo. Nam ſiue quorūdā pfidia factū fuerit:ſiue nutu quodā dei:qui quos amat arguit & caſtigat:quo ſeſe cognoſcentes eruditiores fiant:ab uſq; puero in hāc ætatē iam ingraueſcētē ita belli ſemp uerſatus es ut nullū te oio neq; militis nec ipatoris munus:uſus nullus:ratio nulla latere queat. Virtute aūt tāta es: q̃ta rex unq̃ alius neq; fuit nec eē poſſit: Quē enim te uno iuſtiorē:quē beneficētiorē aut uidimus:aut audiuimus: aut legimus: de humanitate:de modeſtia:de facilitate tua quid attinet dicere : qui cū cæteris omnibus nominis chriſtiāi pricipibus:& regibus dignitate:uiribus:& gloria ātecellis:te infimis ēt omnibus parē geras quoſcūq; illuſtri aliquo pbitatis ſimulacro pditos eē pſpicias. qbus qdē artibus p fœliciſſimos rerū exitus: quos prudētiæ uirtutis interuentu deus ipſe præſtare cōſueuit:tanta es auctoritatē adeptus:ut & deo tuiſq; cariſſimis & cunctis mortalibus non uenerabilis minus:q̃ formidabilis uideare. Quoniā igit ea oia tecū habes: qb⁹ facilis uictoria paritur: quid ē qd te ab huiuſmōi bello remorari debeat: Nā hæc iſidelibus ſecus ſūt omnia. Dicā primū de ſarrhacenis:de turcis poſteaū de Mahumeto ipſo totius illorū ſuperſtitionis & impietatis principe pauca ātea pcurrerō. Fuit. n. Mahumetus exrēnaico genere natus āno a natali chriſtiano ſexcēteſimo uigeſimo ſextonulla parentū claritudine cognitus:nullis opibus:ſolus prorſus & . nullarum uirium nullorūq; neruorum. Hic admodum puer captus a ſarrhacenis:qui inſignes habent inter arabes latrociniis uenit Abdimōepli mercatori:qui ſe Iſmahelitico genere ortū diceret. Is quoniā careret filiis : cœpit primo Mahumetum tractare liberalius:qua quidem re factū ē:ut Abdimoneplis filius diceret Mahumetus : erat q; homo ille ſimulator diſſimulatorq;:uerſutus:rapax:& impurus:& omni flagitio in primis obnoxius:qui

mox ubi adoleſſet:mercatoris illius pecūioſi famulus camelos agebat cū mercibus ꝑ Aegyptū.Syriā:Palæ
ſtinā:ꝑq; alios ꝑegrinos locos.Quibus itineribus iterū atq; iterū repetitis:uſus ſæpenūero tū iudæoꝝ:tū
Chriſtianoꝝ cōſuetudine nō tā diſcere q̃ deprauare ſtuduit & uetus & nouū ſacrarū ſcripturarum teſtamen
tum.Nā acumen ingenii in aīo facinoroſo peiorē in ꝑtē oīa ſemp īterpretaꝰ.Cū huiuſmōi miniſterio mer
catori domino fidē falleret:redditusq; eſſet cōtinuis furtis & ſuſpectus & inuiſus oībus:ex obſcuro ſeruo factꝰ
inſignis latro:Erat.n.& aſpectu ferus & uoce terribilis:& gladiatorio quodā robore corporis metuēdus bre
ui tēporis curriculo & nūmos ſibi & eius ſceleris ꝑcipes ſocios q̄plurimos cōparauit & ita apd̄ gētes barba
ras in admirationē cōuenisſet:generis Iſmaheliici uiduā eāq; locupletē.Gardigenā duxit uxorē:q cum illi
us ægrota tionē ægre ferret utpote ſæpenūero corruētis morbo comitiali:quē i ipm nimia uinoſitate ac re
liqua uitæ atq; uictus intemperātia īciderat:mox hō ueterator & ꝑditus:ut ea ſe purgaret īfamia:ſimulabat
id ꝓpea ſibi accidere:quoniam ſplēdorē angeli Gabrielis:quē mētiebaꝰ ad ſe miſſum ab deo nunciū com
mētādi gratia uētitare:ſere non poſſet:nec eſſe morbū comitialē:ſed quā extaſin uocāt.Huius autē uxoris
opibus elatus hō furcifer ad imaniora facinora conuertit animū.Itaq; & ſuo deprauato ingenio ad oēm au
daciā ꝓmptus & Sergii Matthæi ue dolo flagitioſiſſimi monachi cōfirmatus in tāta breui apud arabas oēs
exiſtimationē uenit:modo ſe iudæū:modo chriſtianū ſimulās:cū nihil oīo ſani ſaperet:ut maximus dei nū
tius maximusq; propheta uulgo haberetur.Cuꝫ.n.colūba quā ſpiritū ſanctū latro calidiſſimus eē qui ſecū
loqueretur:iactitabat:aſſuefeciſſet in aure ſua paſci:ſic tauꝝ quendā ex occulto eius audita altiore uoce ad ſe
feſtinare:& algoranū cornibus alligatū:ſic.n.legē quā ſectatoribus ſuis tradidit:nomen erat:cæteraſq;:quas
ipſe ante cū Sergio cōpoſuerat:fallaciſſimas ſcripturas ſibi ueluti deferre:& i ſuas manus a q̄bus ſolis pabu
lū capere didiciſſet:tanq̄ deponere:facile perſuaſit hominibus uentri & ſopno deditis ſuos omnis peſtiferos
inſanoſq; cogitatus.Quibus inſidiis factū ē:ut iam auderet:nō latrociniis ſolū:ſed aperto marte aduerſus
Romanoꝝ imperiū arma capere.Nā cū ex eius ſectatoribus nō mediocris numerus i romanis legiōibꝰ milita
ret:quo tēpore Heraclius imperator ſtipēdia partireꝰ muneraque in milites:ſarrhacenis ēt ipſis ſtipēdiū pe
tentibus reſponſū ē a quæſtoribus eā diſtributionē nō eē canibus cōſtitutā.Nā ſarrhaceni ipi quas ſarrhace
ni apud arabas quoq; habiti erant infames.Itaq; irritati eo reſponſo ſarrhaceni cū illico in arabiā ad mahu
metū rediiſſent:& illum & reliquos ſarrhacenos nō difficulter ad defectionē belliq; cōcitarūt.Qui facto ſta
tim in ſyriam īpetu nō tam ſuis uiribus q̄ noſtrū fræti negligētia Damaſcū petunt infeſtis ſignis.Qua q̄dē
urbe terrore potius q̄ ui ſuperatis in cāpo damaſcenis intra mœniaq; cōpulſis:confeſtim potiti ſunt:eāq; di
ripuerūt.Et quod nihil arbitror mōſtruoſius accidiſſe humano generi:ea in urbe primū tēplū mahumeto
magnificū dicatū ē:diuiniq; honores īſtituti publice.coactiq; damaſcēi īpudicū illius cultū & nefariā legē
accipere.Et quoniā nō ego Mahumeti referre flagitia quæq; ſceleraq; īſtitui:ſed ex iis q̄ ſūt ꝓpemodū īfini
ta quædā pauca ueluti delibare:redditꝰ hac ille uictoria ſucceſſibuſq; ferocior uidens nihil:a romanorum i
ꝑatore in ultionē illatæ cōtumeliæ parari aduerſus ſeſe ita dormitātibus chriſtiāis bellū mouet aduerſus fi
nitimos ꝑſas:a q̄bus ſibi maxime metuebat.Regnabat ꝑ id tēporis in ꝑſis Choſrobes.qui ēt ipſe ut īſanie
bat aīo:diuinos ſibi honores ꝑſtari uoluerat.is cōductis turcis q tributarii & tāq̄ ſerui ſcytharū itra caucaſi
clauſtra aſperimaſq; cautes incolebat:ſarrhacenis occurrit.Cōcurriꝰ undique.initur pugna ingenti & appa
ratu & animo.Vulnerantur utrinque multi:capiunꝰ.occiduntur Superatus tanta ingenti clade mahumet
tus in fugam uertitur:deformi uulnere excepto in faciem.A turcis inq̄ his ſuperatus eſt:uulneratusq; ē Ma
humetus:a quoꝝ nūc poſteritate maxime coliꝰ.q̄q̄ nō tam ſupſtitiōe ducūꝰ turci q̄ illecebris & diſſolutios
uiuēdi licētia:Nam uerſutus ille & callidus ueterator:quo facilius imperitos populos atq; rudis ad ſe tradu
ceret:oē libidis & uoluptatis genꝰ ſua lege ꝑmiſit.Vini aūt uſum iccirco ꝓhibuit:quo faciliꝰ celaret ſuſpicio
nem illius morbi qui ſe uino obruptū iampridē corripuiſſet:Nam uinū intēperātius ſumptū & gignit & fo
uet morbū comitialē intimo quodā ſuo uæhemētiſſimoq; ſpiritu.His.n.meatibus:obturatis:q̄bus fit re
ſpiratio:uel mors cōtinuo:uel morbus comitialis cōſequaꝰ:neceſſe eſt:Nō igiꝰ religione turci:quā nullā:te
nēt.nō ſupſtitione:quā nullā pluris:q̄ religionē faciūt:q̄ppe q̄bus nulla neq; dei nec aī cura fit:nullus metꝰ
nullꝰ cogitatus:ſed diſſolutiſſima q̄dā uiuēdi licētia:qui Mahumeti uires in ꝑfide ꝓſtrauiſſent:& in Mahu
meti faciē inhoneſtū uulnus influxiſſent:eius ſe tādē ſecte nefarie ſocios addiderūt.Ipē aūt Mahumetꝰ plu
ribꝰ bellis geſtis aliis ſecūdis:aduerſis aliis:poſteaq̄ annos in ſuis uel erroribus uel ſceleribus uixiſſet q̄dragi
ta:ueneno periit in arabia ꝑ Gardigenæ uxoris cognatos & ſuū quēdā cōſobrinū:quo tpe ab eoꝝ īſidiis re
diiſſet:q cū mercatoꝝ camelis e Syria iter faciebāt.Sarrhacenos āt turci etſi ſemꝑ exoſi īſectatiq; ſunt:tū ut
Mahumeticæ ſupſtitiōi ſe aſciſcerēt:hoc fuit in cā.Iā uniuerſa Africa parebat ſarrhacenis & magna ex ꝑte
Aſia:cū turci nō multo ſupra milleſimū annū a natali chriſtiāo cœperūt apto marte uæhemētius eos urge
re.nā ubi eos diutius in Aſia eminere īdignarēꝰ regē creāt noīe ſabochū q de occupāda Aſia cōtinuo cogi
tās quo id facilius aſſeq̄reꝰ:ſe mahumati cultorē ſimulauit:idq; nō tā dei q̄ hoīuꝫ metu quos ſibi cupiebat cō
ciliare.Itaq; cōteſtatꝰ ē illi Callipho quē illi ueluti pōtificē maximū uerāꝰ:ſe de cōſtituta Mahūeti religiōe
nihil oīo mutaturū:cæterū nolle erubeſcēdū ſarrhacenoꝝ nomē in aſia excellere.Quare breui cūcti illi ſar
rhaceni q arabes ſunt:a turcis eiiciunꝰ ex Aſia redacti hi ſane ad priſtina latrocinia:q̄bus i hāc ēt diē maxie
oīum ſtudēt diſſipati atq; diſperſi nō ꝑ locos ſolū aſperimos ægypto:Syrie:& palæſtinæ finitimos.ſed per
oēm Africæ ſolitudinē:pulſis ꝓfligatiſq; ſarrhacenis res turcorum per Virogriſſā qui poſt Sabochi obitū
regnū excepit:nō mediocre cœpūt incremētū.Is.n.cū reliquū Aſiæ quodcūq; ſarrhacenis ſeruierat:ſube
git tū per multas præclaras urbes quæ romano parebant imperio.ui expugnauit cœpitq; in bythinia.Suc
cedit Virogriſſæ Archotus ꝓpinquus:q primus ſubiugarat in meſopotamia urbem.ampliſſimā Rhohain



deinde Seleucia & Laodicea captis urbibus & reliqua prouincia in deditionē accepta:regni ſedē Mēdi cōſti
tuit:ac regiū induit diadema:eſtq; ſultanus ſalutatꝰ.Et ne uidear oēm hiſtoriā recēſere:confeſtim admodū
fit uel turcorū diligētia uel negligentia chriſtianorū principū:ut græcis ex uniuerſa Aſia electis:illi ad helle
ſpōtū uſq; oīa ſubiugarint:nec multo poſt in Europam traiecerint a chriſtianis accerſiti aduerſus chriſtiāos:
Nam quod mō dicebam cū Theodorus cantacuzenus ægre & iniquo aīo ferret eo ſe ſpoliatū q̄d īperiū cir
cunſcriptor occuparat.Turcos in thraciā intulit aduerſus Romanoꝝ imperatorē Ioannem palæologū ſe
niorē illū:generū ſuū & auum huius conſtantini imperatoris Manuelis filii.Quæ una res q̄ calamitoſa:q̄q;
funeſta & fuit & eſt xp̄ianæ religioni:nō obſcure docēt tot tātæq; ꝓuinciæ q̄ Turcis in Europa erūnoſiſſi
me ſeruiūt.Et ut ſummati accipias Rex Carole:quæ q̄leſq; ſunt turcorū uires:uix ad ſexaginta hominū mi
lia exercitus oīs aſcēdit peditibꝰ eq̄tibuſq; cōflatus.Viginti milia cōparanꝰ ex Aſia.Ad quadraginta milia
ex iis ꝓuinciis q̄s in Europa tenēt occupatas.Et ne hi q̄dē milites Turci ſunt omnes:ſed ingens chriſtiano
rū numerus q̄bꝰ Turcus ſuperbiſſime dominaꝰ.uel inuitus in expeditionē agitur.Et erant ſane ſexagita ho
minū milia:cū nuper anno uigeſimo tertio agebā in Thraciā apud Ioannem imperatorē Manuelis itē filiū
Nunc aūt q̄to minor eoꝝ fit numerus:facilis ſit cōiectura:ſi ea clades conſyderetur:qua & bis & iterū proxi
mis annis ad internitionē uſq; ab uno Ioanne Vaiuoda redacti ſunt tot robuſti firmiſſimiq; exercitus.Naꝫ
q̄d audiamus ducēta & trecēta milia hominū cōplere Turcoꝝ exercitꝰ:ſint ſane nō trecēta milia:ſed quot
quot Xerxes ferꝰ duxiſſe aduerſus græciam quinquies etiā decies cētena hominum milia:dūmodo ſint oēs
ruſtici & paſtores:nullis tecti:nullis muniti armis:quibus aut offendāt:aut ſe tueanꝰ.Iampridem Turcoruꝫ
uires exhauſtæ pœnitꝰ exinanitæq; ſunt:quo tpe Maſſageta ille Tomyris cognomento Tamberlanus Bai
ſeten cirycis patrē & huius mahumeti proauum amoratho nati cū quadringentis hominum millibus:uicit:
cœpit:interem[illegible].Itaq; Turcoꝝ uires ita extenuatæ ſunt:ita fractæ:ut nullo pacto ambigēdū ſit de uictoria:
q̄ eo certior eſt futura:quo ad debilitatē exercitꝰ accedit imperatoris infirmitas.Video laudatum a ſapienti
bus illū Athenienſem Chabriam:qui dictitare ſit ſolitus multo eſſe formidabiliorē ceruorū exercituꝫ ductu
leonis q̄ leonū ceruo duce.Quod ſi exercitus tuus Rex Carole tum his completur hominibus:qui & cor
poris robore & aī magnitudine leones oēs atq; inſuperabiles dici poſſunt:tum uno de duce imperatoreque
utuntur:qui cunctos mortalis fortitudine & ſapientia inferioris oſtendas:num dubites integer atq; ingens
cū Turcoꝝ reliquiis congredi:qui & ipſi quaſi cerui:timidi fugaceſq; ſunt:& meticuloſiſſimo duci parēt ei
demq; ſtultiſſimo puero!Erat certe huius mahumeti pater Amorathus qui modo animam efflauit:& uerſu
tus & callidus rerumq; bellicarū ſcientiſſimus.Cuius unius peritia & cōſilio factū ē:ut fugatis etiam ad bar
nā ꝓfligatiſq; turcis fere omnibus euicto uictor ꝑ effrænatā Vladiſlai adoleſcentis audaciam īprudētiamq;
euaſerit:& anno itē proximo ad quītūdecimū Kal.nouembres ꝑ Getarum ad ſe defectionē uæhemēti clade
in triballis hungaros & bohemos a q̄bus acerrime urgereꝰ:affecerit.Omnis turcorū ſpes quæ in uno Amo
ratho poſita erat & cōſtituta:nūc in eius filio mahumeto nutat ac languet.Is enim annos natus uix dum ui
ginti arma nunq̄ tractauit.Nec ſani quicq̄ aut didicit:aut audiuit.Totus eſt in potu:totus in uenere.Reliq
uero aut cēturiones aut tribuni militū:qui bellandi gloria ducerenꝰ inſignes:in illis pluribꝰ illuſtribꝰ quæ
EX litteris Xenophontis filii liquido cognoui: qđ minime dubitabã: ſingularẽ erga me tuã bẽiuolẽtiã. Lætor aũt uæhemẽter: qđ uetus illa de te mea me neq̃q̃ fefellit opinio. itaq; ut itelligas me ui amoris nõ uinci abs te: decreui oino ad uos redire: mõ æq̃ id cõditione fieri a me poſſit. Tuũ igiť munus fuerit: ut qđ cœpiſti ſpõte: id ẽt mea cã ꝑficias. xenophon reliq̃ tecũ cõmẽtabiť. Ego ꝑſe; tuũ grauiſſimũ & optimũ uirũ bene ualere opto. Vale. ex mediolano pridie Kal. apriles. Mccccli.

℄ Franciſcus philelphus Antonio Michaeli equiti aurato. S.D.

GAudeo equidẽ plurimũ: quod nõ ſolũ in rei pecuniariæ: ſed i amicorũ ẽt hereditatẽ ſuccedere inſtitueris patri tũo clariſſimo & ſapiẽtiſſimo uiro: qui cũ mihi tãta familiaritas bẽiuolẽtiãq; fuit: ut maior cuiq̃ eẽ poſſet cũ nemine: Nã filius xenophõ lr̃is mihi ſignificauit: q̃to ſtudio ac fide operã das: ut me corã ꝑpetuo uti atq; frui poſſis: imitatuſq; hũaniſſimũ patris igeniũ æq̃ me diligis atq; ille conſueuit: itaq; tibi grãs habeo maximas. Vt ãt itelligas me tibi i amore nulla ex pte cedere: xenophõ filius q̃ ego decreuerim ire in ſniam tuã: tibi corã exponet. Vale. Ex mediolano pridie Kal. apri. Mccccli.

℄ Franciſcus philelphus Bernardo Iuſtiniano. S.D.

QVotiens accipio tuas litteras: totiens Leonardum meum patrem tuum uel potius noſtru; clariſſimum & preſtanti ſapientia uirum uideor coram aſpicere: eundemq; mutuo & audire & alloqui. Quæ quidem res cum ſummã mihi afferat uoluptatẽ: facile debes intelligere: q̃ mihi moleſtum ſit: cum etiam bis & iterum inuitatus interdum nihil reſpondes: Ad reſurrectionem chriſtianam id quod hortaris: te uiſere inſtitui: modo id mihi facere liceat per principem. Quare quod facto fuerit opus: coram una commentabimur. Vale. ex Mediolano pridie Kal. apriles. Mccccli.

℄ Frãciſcus Philelphus Aenico daualo equiti aurato. S.D.

DElectarũt me ꝓfecto lr̃æ tuæ maiorẽ in modũ: Erãt. n. nõ ſolũ ſcriptæ diſertiſſimæ: ſed certiſſimæ teſtes amoris illius mirifici erga me tui: quẽ iam tot ãnos dilucidius luce ꝑſpexi. itaq; hẽo tibi gratias imortalis: qđ nõ modo ipſe me ſingulari bẽiuolẽtia cõplecteris: ſed oi ope atq; opa niteris: efficiſq;: ut iſti quoq; ſplẽdidiſſimo regũ lumini ac ſyderi Alphõſo regi munere tuo ſim chariſſim'. Nã q tam ꝑhumaniter tãq; ꝑbenigne me iuiret ad ſe ut eã nõ obſcure oñdit: quã de me ſibi opinionẽ fecerit At cauẽdũ eſt mi Aenice: ne tãtũ mea cauſa onus ſuſcipias: ut id ſuſtinere tueriq; nõ poſſis. Facit. n. ꝑſæpe amor ut quæ in amicis uel minima ſunt ſimulacra uirtutis uel maxia uideanť. Quare moderate oia de amico & ꝓdicãda ſũt & ſentiẽda: Nã neq; temere nec inepte amorẽ cæcũ finxit antiq̃tas: fallit. n. hoie; iudicia qppe qui qđ ineſſe in amico optat: id q̃ſi inſitũ palã ꝓdicare tũ audacter recipe cuiq; nõ uereť. Sed utcunq; de me res habet: ne ignores te homini non ingrato beneficiũ preſtitiſſe: ſi mihi per meũ humaniſſimũ principẽ licuerit: corã tibi oſtẽdam breui: nihil eſſe apud me antiquius bẽiuolẽtia tua. Tu me interim diuo Alphonſo commendato. Vale. ex Mediolano. v. Cal. iunias. Mccccli.

℄ Franciſcus Philelphus Petro Thomaſio philoſopho medicoq;. S.D.

IAm menſes prope duo præteriere: poſteaq̃ nullæ mihi tuæ lr̃æ ſunt redditæ. Itaq; ſum miratus & tuum & Bernardi Iuſtiniani ſilentium. Si mihi quicq̃ facturus qđ gaudeam maxime cura: ut propediem litteras tuas q̃ longiſſimas lectitem. Vale. ex mediolano. v. Kal. iunias. Mccccli.

℄ Franciſcus philelphus xenophonti filio. S.D.

QVod Senenſes reditũ ad ſe meũ uæhemẽter cupiũt gaudeo. Olim primũ tibi uidẽdũ eſt: quãdo faciãt meũ reditũ: ut intelligas me nulla conditione ſenã repetiturũ: niſi duplo maius mihi ſalarium eo cõſtituerint: quod antea præſtitiſſent. Vale. ex Mediolano. iiii. Kal. iunias. Mcccceli.

℄ Franciſcus philelphus Aenico daualo equiti aurato. S. D.

QVãtã mihi uoluptatẽ attulerit tua illa pgrauis diſertiſſimaq; epiſtola: quã nudiuſquartus a te accepi: & ſi debes aliis lr̃is meis itellexiſſet: tamẽ qa fit interdũ: ut lr̃æ nõ reddant: iccirco eadẽ rurſum ab me ſignificatũ iri exiſtimaui. Quãti ego ſemp feceri beniuolẽtiã tuã: iã totos ãnos duodeci cognoſti. Itaq; amabã te atq; colebã plurimũ ſolo egregiæ uirtutis tuæ ituẽtu. Aliud beneficii itercefferat nihil. Nũc aũt cũ uideo: q̃ta me bẽignitate pſequeris: potes facile cõiectare: q̃tus cumulus acceſſerit ad obſeruãtiã erga te meã. Nihil ẽ pfecto: qđ magis cupiã q̃ id pſtare: ut dilucidiſſime pſpicias me unũ eẽ ſe perq; futurũ. quo de uno ea tibi poſſis oĩa polliceri: q̃ de grauiſſimo & obſuãtiſſimo hoie expectari cõueniat. Aduẽtũ ãt meũ ad Alphõſũ regẽ maturabo ſimul atq; librarius ſatyrarũ codicẽ quẽ cœpit excripſerit. Tu me interi & regi cõmẽda & tibi. Vale. ex Mediola. iii. Cal. iunias. Mcccceli. ℄ Frã. phi. Nicolao cebæ. S. D.

LAudo diligẽtiã tuã: qui fugitiua noſtra illa cõuiula reuocaris ad dominũ. Reliquũ ẽ: ut ea domũ repetere pꝑedie cures. Verũ id tuto ac ſedulo. Ioannes Marius fili⁹ iſtituit ad nos redire. Itaq; rogo te maiorẽ i modũ: quo id cõmode filius facere poſſit: cures meõ noie apud urbis præfectũ grauiſſimũ & humaniſſimũ uirũ Nicolaũ frægoſũ mei ut noſti iuſtis de cauſis amãtiſſimũ: ut publicæ fidei litteræ ad illũ dẽt: quibus ei cũ uxore & filiis ac rebus & cũ ſociis ſex q̃ tutiſſime facere iter liceat p Genuẽſiũ locos ſeu Sagona iter ſit habiturus ſiue quacũq; decreuerit: Noli. n. quoniã uerſatus ẽ i eorũ oppidis quos ur̃a reſpu. ducit i hoſtibus: quicq̃ ei manare ide poſſet icõmodi. Litteræ autẽ mittẽdæ ſunt opa tua milleſimũ q̃ ociſſime: quod ut facias: te ẽt atq; etiam rogo. Vale. ex Mediolano. vi. idus iunias Mcccceli.

℄ Franciſcus philelphus Aenico daualo equiti aurato. S. D.

COepit Mediolani adeo peſtilẽtia incrudeſcere: ut nõ poſſim mihi nõ metuere. Itaq; nihil ẽ: quod omitã ad parãdũ iter ad te: mõ librarius nõ me fallat: ad ſecũdũ uſq; mẽſe3 aut paulo ãplius te uidebo. Vale. ex mediolano. iii. idus iunias. Mcccceli. ℄ Frã. phi. Andreæ alamano. S. D.

HEſternis litteris tuis quas mihi reddidit frater tuus: qui Mediolani quæſtorẽ gerit: eo ſum magis delectatus: quo minus iam expectatæ ſe mihi q̃ ſuauiſſime obtulerũt: Nam cum tandiu diſtuliſſes officium tuum: putabam tibi iuſto aliquo impedimento non licere: quod uelles. itaq; in eam plane ſententiã erã adductus: ut crederem te nihil omnino reſpõſurũ. Verum tu elephantorum more eo conceptum ptum diutius ferre animo uoluiſti: quo cum extuliſſes in lucẽ: foret: is diuturnior: fuit epiſtola tua non diſerta ſolum: ſed erudita & docta: Nam quod nuſq̃ totum de philoſophorũ diſciplinis apđ unum aliquem inuenias: non græcum: non latinum: non gentilem: non chriſtianum philoſophum id nõ tibi modo: ſed omnibus quoq; mediocriter eruditis notiſſimum prædices: & id quidem contra Socratis inſtitutum: qui ſcire ſe nihil diceret: facile declaras uel magnitudinem uel fiduciam fæcundiſſimi ingenii tui: qui etiam quæ maxima ſunt de uirtute ac fœlicitate minima iudices. Defenſio uero tua & ſi eſt acuta & perſubtilis: una mihi ratione probatur magis: qꝑ te antea non ſerio: ſed ioco ad me ſcripſiſſe pꝑiteris. Miror aũt: ſi ioco locutus es: qđ me ſerio tibi reſpondiſſe arbitreris. Quare uelim ita uerba mea iterpreteris: ut mihi tua cupis iterpretãda: Nã ut inqt ille: Dauus ſum non œdipus. Vale. & oeconomica mitte. ex Mediolano. iii. idus iunias. Mcccceli. ℄ Franciſcus Philelphus mariano ſacerdoti. S. D.

QVid in cauſa fuerit: ut poſteaq̃ hinc abiiſti: nihil de his reſponderis: quæ tuæ fidei p amicitia noſtra mandaram: non prius intelligam: q̃ ipſe tu me feceris tuis litteris certiorẽ. Quare ſi me nunc quoq; diligis: ut antea conſueuiſti a te peto: ne me longius teneas deſyderio tuarum litterarum. Vale. ex mediolano pridie idus iunias. Mcccceli.

℄ Franciſcus Philelphus Antonio panhormitæ. S. D.

SI qua in re xenophõti filio fuerit opus tua opera: ſcio te nihil eorũ pt̃ermiſſurũ oium: quæ mea iteresſe cognoris. Quis. n. ẽ cui q̃ tibi carior eſſe debeã: Nã ego te nõ ſecus diligo amoq; ex aio ac fratrem: id quod tibi niſi ex oi pte ẽ cognitũ: qd eẽ cognitũ poſſit nõ itelligo. Vale cu3 pudiciſſima uxore tua pulcheari maq; filiola. ex mediolano pridie idus iunias. Mcccceli.

℄ Franciſcus philelphus Aenico daualo equiti aurato. S. D.

XEnophon filius ad te uenit: ex quo mẽtẽ oẽm itelliges. Quare qcqđ tibi noie meo expoſuerit ita accipe: ac ſi me corã loquẽtẽ audires. Verba. n. filii pr̃is ſunt oĩa. Itaq; me totũ in xenophõte apud te exiſtimo. Te aũt rogo: ut idẽ in me ſis: qui fuiſti ſemp: hoc ẽ & facilis & hũanus: & q̃tũ ad regẽ attinet pbenignus. Reliq̃ ex ipo xenophõte cognoſces. Vale. ex mediola. pridie idus iunias. Mcccceli.

℄ Franciſcus philelphus Franciſco barbaro. S. P. D.

QVerẽti mihi lr̃as ad te dare: q̃s lectur⁹ libẽter fores: nullũ ſane cõſentaneũ muſis occurrebat argumẽtũ: Nã qd aliud philelphus dignius ſcribat ad barbarũ q̃ de humãitatis ſtudiis: At hæc. ſ. apđ nos ſordẽt. De rebus uero bellicis: q̃s uideo quottidie impẽdere ardẽtioris: nõ ẽ mei muneris gc̃ q̃ obſtrepere. Quod autem acceperim te ex pedibus laborare: non poteſt mihi pro noſtra ſumma beniuolẽtia non eſſe permoleſtũ. Es enim indignus: qui quicq̃ patiaris: quod nolis præſertim cum ſis uita contentiſſima. ni fortaſſis iſte ſit morbus ab uſq; maioribus tuis hæreditarius. Nam podagra ut Hippocrati ſententia eſt: fit ex eo ſangnine: quem bilis ac pituita corruperit: & id quidem in uenis gracillimis: quib⁹ corpus ut per neceſſariis carere nullo mõ põt. At ipſe nulli es bili obnoxius: qui unus oium ſis moderatiſſimis



moribus: ſed ne pituitæ quidem: qui nulla ſis nec ingenii nec corporis craſſitudine. Quare cum iſtiuſmodi offenſio a parentibus in te inſit: fer æquo aio hæreditatẽ. Vale. ex Mediolano pridie idus iunias. Mcccceli.

℄ Franciſcus philelphus Petro Thomaſio philoſopho medicoq;. S. D.

EBin is litteris tuis alteras accepi: quas idibus aprilibus ad me dediſti: Nã priores: q̃s meminiſti: ex Varrone nondũ redditæ mihi ſũt. Vis aũt dici q̃ãt: quãta i his legẽdis uoluptate pfuſus ſũ. Videre. n. te corã: atq; tecũ loq mihi ſum uiſus: Nã quãq̃ ſciebã me ex aio tuo minime excidiſſe: ñ poterã tamẽ nõ ſubdubitare: nequid tibi qđ nollẽ: accidiſſet. Nũc uero & hac me ſuſpitõe opportune liberaſti: & quid i cã fuerit ſilẽtii tui: oſtẽdiſti: Nam qđ ego ad Alphonſũ regẽ nõ ieri: ut ſcripſerã: principis ĩhibitio effecit: Cuius iuſſis me parere neceſſe ẽ: uel iuitũ: quãq̃ nihil ẽ quod noli: qđ hũc uelle ſentio. Abfui aũt Mediolano: Cremonæ primũ: deide Ticini tãdiu agẽs: quoad Mediolani peſtilẽtia deſeruerit. Peto aũt abs te ut poſteaq̃ ſuperiores litteræ tuæ ad me non puenerũt: iterũ me: ſi tibi uiſũ fuerit: cur aũt minus uidea tur: Nihil. n. fruſtra ad me ſcribere unq̃ ſoles: iterũ me: inq̃ de iis oibus certiorẽ facias: q̃ antea ex tua & Bernardi Iuſtiniani ſnia ſignificas te ſcripſiſſe. Ego res italicas uerſu heroico ſũ aggreſſus pſcri eas: q̃ Sphortiãæ laudis interſũt. Itaq; poeſeos huius inſcriptio ẽ ſphortias. In libros uigintiquattuor uniuerſa materia diſtributa ẽ Ita. n. mihi ſcribẽdum occurrit: ni dies ſniam mutarit. Primũ librũ abſoluimus. Nũc ſecũdu3 elucubramus. Quærã ex te aliqua ad ueritatis argumẽtũ: ſi tibi id facere licuerit: Noli. n. errore duci quod faciat: oportet: q rumoribus credit. Audio barbarũ in podagrã icidiſſe: id qđ doleo uæhemẽter. At pꝑderit fortaſſis ad redeũdũ cum muſis in gratiam. Vale. ex Mediolão pridie idus iunias. Mcccceli. ℄ Frã. phi. Saxolo partẽſi. S. D.

QVanq̃ hoc tẽpore mihi ocii nihil erat: ne tamẽ mea taciturnitas tibi moleſta eẽt: reſpõdi ad ea paucis: q̃ petieras. Cecropes duo fuere: quorũ noĩa Aeſchines Sardianus in iãbis ſcripſiſſe tradit. Na3 alter Andulus dictus ẽ: alter Atlantus. Hos autẽ deceptores mẽdaciſq; extitiſſe apud Aeſchine3 atheniẽſem i legatione patet: quos ẽt Anaxagoras uenãdorũ ſimiorũ gr̃a i eas iſulas traieciſſe narrat: q̃ a ſimiorũ nomie qui πίθηκοι pithechi appellant: uocatæ ſunt pithecinæ. κέρκωψ cercops prætera & iocoſum ſignificat: & ẽ eorũ ſimiorũ ſpecies: quibus caudæ ſũt lõgiores. Quod ãt petis idẽ ne ſignificet οἰοσ εἰ & οἰοσ τε εἰ certe nequaq̃ idẽ: Na3 qđ ſcribit ſine τε οἰοσ εἰ: uis a uolo ſignificat. Sed ſi ſcribat cũ τε οἰοσ τε εἰ ſignificat potes: id qđ ex uſu legẽdi nõ obſcure aiaduertes. De anno autem pꝑſcænio apud Plautũ text⁹ ille corruptus eſt. Nannio. n. ſcribi oportet. Fuit aũt Nãniũ illuſtris meretrix: quã & hyperides cõtra Patroclem & Appollodorus in iis: q̃ ſcripſit de meretricibus: αἶγα æga hoc ẽ caprã: ut ſcis: nominatã ſcribũt: ea ſcilicet ratiõe: qđ tabernariũ q̃ndã Tallũ noie: id qđ uirgultũ ſignificat: exederet. Virgultis. n. capræ plurimũ delectant: Antiphanes uero iunior in iis: q̃ de meretricibus reliqt ſcripta. Nanniũ dicit uocatã eẽ cognomie proſcæniũ: quoniã extrinſecus formoſiſſima uideret inſtar proſcæniorũ theatraliũ. Recte igit Plautus uituparatoribus occurres oñdit ſe primũ nõ eẽ: q tragœdia admiſcuerit comœdiæ: cũ i Nãnio proſcænio ide ãtea fuerit factitatũ ab alio poeta: qſqs tãdẽ ille fuerit. ut patet ex ipſis uerbis: q̃ tãgunt in textu. Qui uero ille fuiſſet certi habeo nihil. Vaticinari autem nolim. Vale. ex Mediolano. pridie idus iunias Mcccceli.

℄ Franciſcus philelphus Nicolao arcimboldo ducali ſenatori ac iurecõſulto. S. P. D.

NIſi tibi uiro itegerrimo: & eruditiſſimo homini: & cũ rerũ mearũ oium: tũ mei ipſius i primis ſtudioſo gratificer oia q̃ præſtari a me q̃ant: ſim plane ingratus. Faciã igitur: qđ tantope efflagitas: & id qdẽ nõ libẽter minus: q̃ diligẽter. Cæterũ noſti occupationes meas: q̃bus ſi uolũtatẽ meã comparaueris: haud me cõctatiõis accuſabis. Studebo tamẽ: ãnitarq; manibus ac pedibus: ut aiũt: ut diligẽtia oẽm ſuperet neceſſitatẽ. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris idibus iuniis. Mcccceli.

℄ Franciſcus Philephus Donato Actiolo. S. D.

ACcepi eẽ apud uos quoſdã priſcos de arte grãmatica libros quorũ uelim noia ad me ſcribas: Nã qbus hoc tẽpore in publicis ludis græci utũt libris: pleni ſunt ieptiarũ: ac plane tales: ut ad dediſcẽdũ ſint: q̃ addiſcẽdũ lõge magis accõmodati. Tu fac: qđ peto: ac Vale. ex mediolano idib⁹ iuniis. Mcccceli. ℄ Frãciſcus philelphus Caroli Sacco equiti aurato ac iureconſulto. S. D.

AIunt te mi Cato factũ auariuſculũ: qđ plurimũ miror: Nã cui parcis pecũias tuas: q liberos ne gigneres: uxorẽ Mathuſalẽ tibi mr̃imonio iũxiſti: Fratrine: At ille ẽ lõge te ſtultior: qui a tuo cõſpectu nõ ſecus fugit: q̃ ſi baſiliſcũ itueret. num te podagra iccirco in auaritiã agit: qđ metuas fore ne ſi leges doceres: & ius ciuile cogaris deſerere: ad pauperiẽ priſtinã redigare: q̃ſi tibi nõ ppa iũxeris locupletẽ anũ uxorẽ: quod nũmos liberis ptuleris. Viue igit ut cõſueuiſti: liberaliter: neq; tibi paupies metui ſit. nullus. n. uæhemẽtior dolor uacat febre: quæ una te breui: ni ſapias: oĩ exuet cura. Vale. ex Mediolano idibus iuniis. Mcccceli. ℄ Franciſcus Philelphus Andreæ alamano. S. D.

DEmetrius ſpuropulus iſtac iter facturus in urbẽ Romã: petiit a me: ut ſe tibi per litteras cõmẽdarẽ Quod mihi tã facile eſt: q̃ qđ facillimũ: Mõ intelligas eum eẽ Demetriũ: q cum grauitate ac uero nihil habuerit cõe unq̃. Ex librario non inepto q̃tum ad formam litterarum attinet: uult uideri philoſophus: id qꝑ ex ornatu capitis longioreq; pallio tibi facile fuerit iudicare. Nam neq; uitæ inſtitutis neq; doctrina ultra philoſophi qcq̃ ſapit. Verũ lingua ẽ & celeri & expedita & ſuaui: ut græcorũ nemini cedat. Voce quoq; & clara & ſonora. Rem oẽm tenes. Ita tibi hominẽ cõmẽdo: ut illi adſis: & tecum habites. Vale. ex mediolano idibus iuniis. Mcccceli.

℄ Franciſcus Philelphus Benedicto Nurſino philoſopho ac medico ducali. S. P. D.

NOn eẽ poſſum ſine p magna ſolicitudine ai ac moleſtia ob hũc peſtilentiæ morbu3: quo uniuerſa correpte ciuitatis in aſſiduis innumerabilibuſq; funeribus & dies cõſumit & noctis. neq; ſatis ſcio

quid cõſilĩ capiã:Nã ſine liberis uniuerſaq; familia hic decedere & ĩhũanũ ſit & dedecõroſũ oino. Diutius
uero uerſariq; iter tot ac tãtos ineuitabiliũ ſagittarũ ictus ẽ hoĩs nõ mĩus diſſoluti:q̃ iſipiẽtis: planeq; inſani.
ꝑterea & quo ſim ꝓfecturus.& quo pacto:q & pecũiis careã:& ab oĩ fortaſſis urbe:metu cõtagiõis excludar
peto igit̃ a te mi Benedicte:ut tuis me prudẽtiſſimis cõſiliis adiuues. Vale. Ex Medio. idib⁹ iuniis. Mccccl.

¶Franciſcus philelphus Angelo reatino iureconſulto. S.D.

ET priceps abeſt Mediolão:& peſtifer hic morb⁹ icrudeſcit ĩ dies magis atq; magis. nec mihi inte
grũ ẽ maneã ne:an abeã:ita ſũ & aĩo pturbato:& cõſilii egẽs:ĩ tãta ꝑſerti rex̃ mearũ oiu; difficul
tate & iopia. accedit itẽ ad malũ:qđ edicto pricipis cautũ audio:neq; Mediolão decedẽs in loca
alia admittat̃ eis ditioni ſubiecta. Rogo te maiorẽ ĩ modũ mihi faciũda ut q̃ primũ cõſulas. Va
le. ex Mediolano idibus iuniis. Mccccl.

¶Franciſcus philelphus Ciccho ſimonetæ. S.P.D.

DEus iis uel mortuis ſit iratus:q primi auro & argẽto ꝑciũ ſtatuerũt:ut q caret alterutro:inutilis:ut
ita dixeri:habeat̃. Quod nũc mihi uideo accidiſſe. Q uãto uerſor ĩ piculo atq; diſcrimie iter hæc
peſtilẽtiæ iacula:tute uel reticẽte me aiaduertis. Si mihi adeſſẽt pecũiæ:permultos haberẽ fauto
res & ſalutis & dignitatis meæ. Sed qm̃ illis careo:ꝑter te unũ uirũ optimum & hominũ mihi ami
ciſſimũ cæteri oẽs:alii negligũt:alii cõtẽnunt. Nec tamẽ tibi ꝑſuadeas:uolo me frãgi aio:aut aliud qcq̃ hu
milius de me ſapere. Q uin eox̃ potius miſereor:qui in hoĩs figura uitã pecudis repræſentãt. Velim tamen
ꝑ noſtra amicitia:mihi cõſulas:q̃ ſit tua de reb⁹ meis ſnia. Nã nec diutius mihi agere licet Mediolãi pp iua
leſcẽtẽ indies magis atq; incrudeſcẽtẽ peſtilẽtiæ ui & efferatã rabiẽ:& nec alio ſecedere indigẽti pecuniarũ
Litteræ.n. ducales nihil oino mihi ꝓfuerũt apud hos ædiles:hoc ẽ ꝓuẽtuũ ducaliũ mãgiſtros: quos uocant
Ni metuerẽ fore.ut offẽdã principis uolũtatẽ abirẽ extra hãc Galliã ciſalpinã tutiris tu locos. Vale. & prin
cipẽ hortare ut mẽinerit mei. Ex Medi. idi. iuniis. Mcccli.

¶Frã. phi. Iacobo bracello & Gotardo. S.D.

XEnophon filius:qui haſce lr̃as uobis reddidit:corã exponet:q̃ mihi in te ueſtra opa opus ſit ſi ãt
x ſũ ignarus gratiſſimũ uobis eẽ me uſa opa uti uelle:ꝑſerti ĩ re litteraria:Nã Ioannes Mari⁹ filius
cupit ire ad me:qđ ut cõmodius poſſit & tutius facere:iccirco publicæ fidei lr̃as petit:qm̃ in eox̃
oppidis eſt uerſatus iam menſis duos:quos ueſtra reſp. ducit in hoſtibus. Reliqua ex ipſo Xeno
phonte cognoſcetis. Valete. Ex Mediolano idibis iuniis. Mcccli.

¶Franciſcus philelphus Nicolao Cebæ: S.P.D.

REſpondi nudiuſtertius tuis litteris. Itaq; in ꝑſẽtia breuitate ſũ uſus: ꝑſertim qđ xenophon filius
iſtuc iret:q tecũ meo noie uerba facturus eẽt: Venit.n. ut Ioãnẽ Mariũ fratrẽ comitet̃ Mediola
num:huic uelim:mea illa conuiuia ad me des. Vale: ex Mediola. idibus iuniis. Mcccli.

¶Franciſcus philelphus Petro perleoni. S.D.

PVto audiuiſſe te iſtituiſſe Ioãnẽ Mariũ filiũ ad nos reditũ facere. Quar̃ petiit p lr̃as:ut Xenophõ
ta Genuã qua iter facturus ẽ:q̃primũ mitterẽ quo ſe comitet̃ Mediolanũ. Reliq̃ Xenophõ ip̃e fi
lius meis uerbis tibi corã narrabit. Ego Arrhianũ uæhemẽter cupio. Vale. ex Mediolão idib⁹ iu
niis. Mcccli.

¶Frãciſcus philelphus petro Thomaſio philoſopho ac medico. S.D.

CVm cæteris in rebus me tuæ ꝓximæ lr̃æ plurimũ delectarũt:tũ eo me nõ mediocriter pturbart
qđ publicæ fidei lr̃as ſignificabas iã ſupra ſecũdũ mẽſẽ miſſas ad me a Bernardo iuſtiniano uiro
patricio & mihi amiciſſimo. Fatebor tibi igenue:q̃ ante fuit opinio mea. Inſtituerã:ut ſcis:ad re
ſurrectionẽ chriſtianã ire ad uos. itaq; me pararã:quotidie lr̃as ur̃as auidiſſime expectãs. Sed ubi
aduenit cõſtituta dies:nec ego ex te:nec ex alio quoq̃ amicox̃ uideo quicq̃ epiſtolax̃:cœpi mecũ uæhemen
ter ſtomachari atq; iraſci mihimet:q oino fruſtra amarẽ. itaq; decreuerã nihil poſthac amplius ad uos ſcribe
re. Sicq; diſtuli cõpluſculũ tpis:ut noſti:deide cũ refrixiſſet excãdeſcẽtia:& amicitiæ uis rurſus cõcaluiſſet:nõ
potui me cõtinere:quin aliquid tecũ obſtreperẽ:Nũc re quã ſcribis:diligẽter cõſyderata: qđ iudicaturus ſim
neſcio. Vnum autẽ cupio:ut me facias q̃primum certiorẽ:quinam ille fuerit: cui Bernardus litteras ad me
dedit. Reliquum eſt:ut aliæ parentur publicæ fidei litteræ:quibus tempus duorum menſium ſit præfixum
atq; incipiat ad. xvii. Kal. ſeptembres. Ad id.n. temporis inſtitui proculdubio uos uiſere: id quod me tuto fa
cturũ uolo. At nolim:mihi obeſſe poſſit:quod iandiu in his ſum:quibus cũ tã dura bella geſſiſtis. Sum autẽ
iturus ad Alphonſum regẽ. Quare diuertã ex eo ad uos itinere. Vale. ex Mediolano. x. Kal. Iulias. Mcccli.

¶Frãciſcus Philelphus Aenico Daualo. S.P.D.

SVm certior fact⁹ a Gabriele mirabili:qui modo iſtinc Mediolanũ orator rediit:dediſſe te ſibi ali
as ad me litteras circiter Kal. februarias:q̃s ego uidi nuſq̃. Nec aliæ oĩo ullæ ex te mihi r̃dditæ ſũt
litteræ:præter eas:quas ex puteolis ad. xvii. Kal. maias ad me dediſti:itaq; nihil tibi mirandũ eſt:
ſi nullũ a me reſpõſum accepiſti. Nam quid ſcripſeras:ſcire non potui. Ad proximas autẽ reſpõ
di. Nunc autẽ habeo noui nihil. Satyrarum codex aſſidue excribitur. Si prius nequero:ad auguſtu; ſaltẽ iter
omnino ad uos capiam. Ante id tp̃is nullo pacto licet. Vale. ex Mediolano. x. Kal. Iulias. Mcccli.

¶Frãciſcus philelphus Bartolomæo Parmenſi equiti aurato. S.D.

IAm mihi bẽiuolentiam ad aprilẽ oſtẽdiſti:ut uidear mihi de te poſſe oĩa polliceri. Quare cũ pri
ceps noſter pecunias mihi in ꝑſentia iam dandas decreuiſſet:Xenophonta filiũ ad te miſi: quẽ
ut q̃primũ expediri cures:te ẽt atq; ẽt rogo. Erit hoc mihi tã gratũ:q̃ qđ oium maxime. Noui
modeſtiam & humanitatẽ tuã. Scio moleſte te laturũ:ſi pluribus uerbis abs te petã:qđ tua ſpõ
te facturus ſis. Vale. ex Mediolano. iiii. Cal. Iulias. Mcccli.

¶Franciſcus philelphus Catoni Sacco iuriſcõſulto & equiti aurato. S.D.



XEnophon filius coram tibi exponet:quid fieri abs te uelim: Tu aũt facies:ſcio:qđ ſemp conſueſti:
x & amice & recte. Ego ad auguſtũ ſum ad Alphonſum regẽ iter facturus ab eodẽ ſcilicet inuitat⁹.
Reliqua ex ipſo Xenophonte cognoſces. Vale. ex Mediolano. iiii. Kal. Iulias. Mcccli.

¶Franciſcus Philelphus Aenico Daualo equiti aurato. S.D.

QVod mõ. x. kal. Iulias ad te ſcripſi:hinc ad uos iter capiã ad ꝓximũ ſextilẽ:Interea uero tp̃is Sa
tyrax̃ codex:quẽ regi dono daturus ſum:luculẽtiſſime exarat̃. Tu uelim operam des:ut regiæ fa
miliaritatis lr̃æ:quax̃ comitatu inter ꝓficiſcendũ utar:q̃primũ eant ad me: Audio iſtic eẽ Vene
tox̃ oratorẽ:cuius tu hac in re opera uti poteris:ea ſcilicet:ut iſtiuſmodi lr̃as ad egregiũ medicu;
Petrũ Thomaſiũ q Venetiis agit:& mihi eſt familiariſſimus q̃diligentiſſime pferendas curet. Is.n. ẽ a me iã
cõmonefactus:ut eas lr̃as quum primum acceperit:mittat ad me. Tu me interea diuo Alphõſo tibiq; cõ
menda. Vale. ex Mediolano pridie Cal. Iulias. Mcccli.

¶Franciſcus Phi. Ciccho Simonetæ. S.D.

TErnis lr̃is meis eſſe debes certior factus me neq; Papiæ:neq; Mediolani rẽ pecũiariã quã decreuit
princeps:cõſequi potuiſſe. Nã & Papiẽſes & Mediolanẽſes magiſtratus nullas ſibi pecunias eẽ re
ſpõderũt. Id aũt quãto mihi incõmodo ſit:uel me reticẽte cognoſcis. Itaq; tuæ erit humanitatis ita
ad hos Mediolanẽſes ſcribere:ut itelligãt ſe ſua falli oportere opinĩõe:q uolũt ſe plus poſſe q̃ prin
cipẽ. Vale. ex Mediola. pridie Cal. Iulias. Mcccli.

¶Fran. Philel. Petro Thomaſio medico. S.D.

IAm quartũ ad te ſcripſerã:poſteaq̃ nullæ mihi redditæ ſũt lr̃æ tuæ. Poſtea uero nihil accidit: qđ
tua intereſſe arbitrarer ꝑter incredibile deſideriũ meũ uiſcẽdi tui:quod in dies magis magiſq; au
geſcit. Hoc autem me leuare tui eſt officii. Vale. ex Mediola. xv. Cal. auguſtas. Mcccli.

¶Franciſcus Philelphus Aenico Daualo equiti aurato. S.D.

APpropinquat iam auguſtus:quod ad tempus me ad uos uenturum antea ſcripſeram. Satyrarũ
codex feſtinat ad calcem. Ego litteras regias:quibus de antea ad te ſcripſi:uæhementer expecto
Vale. ex Mediolano. xv. Cal. auguſtas. Mcccli.

¶Franciſcus Philelphus Petro perleoni. S.D.

QVæſiui diligenter:ut tibi quẽ cupis laboris ſociũ aliquẽ iueñirẽ. Nemo hic ẽ in ꝓñtia:q iſtiuſmõi
ꝓuinciã uelit. Nec tñ dubito fore:ut cũ melius res hic habuerint:nõ ſe aliqs offerat:quẽ ad te mit
tã. Interim cura:ut ualeas cũ ſpõſa:& ad me Arrhianũ hiſtoricũ q̃primũ des. Ad hæc uelim dicas
Nicolao cebæ hoi amiciſſimo uerbis meis:ut curet:ſi me amat:mea ad me cõuiuia ꝓpediẽ dare.
Cupio.n. illa mecũ ferre in hoc meo ad Alphõſum regẽ itinere. Si alius fidus nuncius nõ occurrerit: ſaltẽ
tabellarius mercatorũ deeſſe nõ poſſit:cui qcqd nũmox̃ ꝓmiſerit:ipſe libenter diſſoluã. Vale. ex Medio. v.
Cal. auguſtas. Mcccli.

¶Franciſcus Philelphus Petro Thomaſio medico. S.D.

NOn poſſũ nõ ſubdubitare factũ eẽ:ut tot quas ad te dedi lr̃as:interceptæ ſint:quãdoqdẽ iã ſextũ
ſcripſeri poſteaq̃ nulla mihi oĩo uel ꝑbreuis epiſtola tua reddita eſt. Deus iterceptorib⁹ malefa
ciam q me priuãt iucũdiſſimo fructu ſermõis tui:q mihi oĩ melle ẽ ſuauior. Itaq; uelim cures:ut
oĩ rõne atq; arte fallẽtis fallas:ac me expleas deſiderio lr̃arũ tuarũ. Vale. ex Mediolano. vii. id⁹
auguſtas. Mcccli.

¶Franciſcus Philelphus Petro thomaſio medico. S.D.

AD ſeptimũ idus auguſtas cũ iã meas lr̃as obſignaſſẽ:binæ mihi tuæ redditæ ſunt:q̃bus diligẽti
ſime plectis reſpõdi ẽt tũc tibi:q̃ntũ opus fuit. Nũc ãt abs te peto:atq; cõtẽdo:ac ſi pateris ẽt atq;
ẽt te rogo:ut oĩ cura & diligẽtia operã des:ut q̃ mea ſcis itereſſe:q̃primũ ɔficias:hoc mihi nec gra
tius facere potes:nec neceſſariũ magis. Vale. ex Mediolano. xviii. Kal. ſeptembres. Mcccli.

¶Franciſcus philelphus Ioanni Mario filio: S.D.

NE fruſtra ad nos eas:hoc die Mediolanu; egredimur petituri Cremonã:ubi tãdiu futuri ſumus:
quoad hæc peſtilẽtialis morbi ꝓcella cõgeuerit. Vale. ex Mediolão. v. idus ſeptembres. Mcccli.

¶Franciſcus philelphus Ioanni mario filio. S.P.D.

CVm heſterno ueſperi Cremonã uẽiſſemus:eſſemuſq; excepti minime ĩhumaniter: hodie ex ur
be eiecti ſumus. In cã hoc fuit. Erat mihi ſerua mercẽnaria ex familia nõ ignobili aliprãda: noie
antõia:& ea qdẽ puella ĩuerecũda. Hãc reliq̃ram⁹ ĩ cymba una cũ maria nutrice tua:ut tãtiſp res
nr̃as aſſeruarẽt: dũ ædes cõduceremus. Nã cũ Xenophonte ſororibuſq; tuis ac genero apđ hõe
ſtũ cauponẽ interi diuerteramus. Dũ poſt paratas ædes hodie cymbã repeto:quo & res & mulierculas age
rẽ ad ædes:offẽdo Antoniã ſubito peſtilẽtiæ ui correptã aiam efflaſſe:poſitãq; ĩ ripa:ibi dẽq; maximũ homi
nũ cõcurſum:ac tumultũ. Nõ potui mihi nõ metuere in tãta hoium barbaria:ſed multo magis filiab⁹: q̃s
una cũ genero in urbe dimiſerã:Quid multis:Mihi in urbẽ regrediẽdi ptẽs adẽpta ẽ reliqs itẽ nr̃is ex urbe
cõtinuo eiectis:Ruri nũc ſumus:qđ in ſuburbio iacet:qua itur Mantuã. Vale. ex Cremõa pridie idus ſep
tembres. Mcccli.

¶Franciſcus philelphus Leodriſio Cribello. S.D.

SI grato ĩ me aio eẽ uolueris:ut & eẽ debes:& ip̃e te futurũ puto:curabis oĩa q̃ iſtinc decedẽs tuæ
fidei mãdaui:& amice & diligẽter:in primiſq;:ne qđ mihi detrimẽti domĩ fiat. Nã te haud latet q̃
tus ñũc furũ numerus ꝓpter abſentiã ciuiũ Mediolãi ubiq; noctu atq; die iſidiet̃:ut nullæ ædes
ſatis aut clauſæ iſtis aut munitæ ſint. Quar̃ tuæ fuerit curæ ac bẽiuolẽtiæ erga me operã dar̃ ne
qđ nobis ſurripiat̃ abſentibus. Vale. ex ſuburbano rure. Cremonẽſi idibus ſeptẽbribus Mcccli.

¶Franciſcus Philelphus Matthæo piſaurenſi ædili curruli. S.P.D.

QVod ſcire cupis q̃ me humãe & liberaliter cremonẽſes:exceperint. accipies paucis. Me aduẽiẽtẽ
uniuerſa ciuitas & uidit & honorauit egregie. Sed ubi accidit:ut mercẽaria quædã mea ſerua pe.

ſtilentiali morbo correpta uitā ſubito deſeruerit: tumultus ingens in urbe aduerſus me exortus eſt quē ple-
beia inſania cōcitauerat. Nā qui uiri nobiles atq; boni eā urbē ihabitāt: nihil huiuſmodi nō mō nō fecerūt.
ſed ne tēptauerūt qdē. Sū cōtinuo cū uniuerſa familia urbe excluſus: & nō ſine magno qdē uitæ ꝑiculo. ua
gabar i cāpo auxilii oīs atq; opis expers: nec qd cōſilii caperē: ſatis mihi erat i ꝓmptu: uſq; adeo erā aīo ꝑtur
bato i tā repētino inſanientiū hoīꝫ motu. Tādē ubi iā paululū plebeius ille furor ſe dat⁹ ē: ꝑſtātes qdā pau
ci atq; boni ciues ꝑmodeſte me adierūt: meq; hortati ſunt: ut modice ferrē atq; æquo aīo plebeiā illā ſtultitiā
quæ lōge magis q̄ mihi bonis oībus ciuibus ꝑmoleſta extitiſſet. breui aūt fore ut illud oē erratū haud igno
bili diligētia ſarciret: meq; duxerūt in ꝓximū quoddā ſuburbiū: ubi rus ē ac uilla cuiuſdā ciuis ꝑſechetæ.
Vnde eiecto uillico: mihi uilla una cū rure tradita eſt tātiſper incolēda donec publica diligētia aliter meæ
& rei & dignitati ꝓuiſū fuerit. Cæterū in ꝑſētia incōmodius agere nihil poſſē. Nā oīa mihi deſunt ꝑter culi
ces puliceſq; & muſcas. Vale. ex Cremonēſi rure ſuburbano. xvii. Kal. octobres. Mcccclī.

¶ Franciſcus pilelphus Scæne corti equiti aurato ac iureconſulto. S. D.

CVm iſtac iter facerē cremonā petiturus: me uæhemēter hortat⁹ es: ut Placentiæ q̄ cremonæ: do
nec Mediolani peſtilentia ceſſaſſet: agere mallē: Nec enim ueteri te aiebas multo cōmodi⁹ me ac
melius apud placētinos futuꝝ: q̄ apud cremonēſes. Quare cū uideā. cremonā eodē quoq; acer-
biſſimo morbo laborare: quo Mediolanū: ſciāq; q̄ tibi hoī amiciſſimo & carus ſum & ꝑiucūdus:
non inuitus conditionē accipiā: modo per te fiā certior: ne ſpem precio ſim empturus. Itaq; fac: propediē
intelligam: quid me facere oporteat. Vale. ex rure ſuburbano. xvi. Kal. octobres. Mcccclī.

¶ Franciſcus philelphus Iacobo camerinati. S. D.

DE tuam erga me uolūtatē nō laudare nō poſſum: & iſtoꝝ negligētiā nō deteſtari nō debeo: q nī
hil eoꝝ oīo agāt: q̄ tu iis agēda iuſſiſti: Nō enim ii ſumus: qui more ſcytarū ſolo utamur ꝓ lecto
ꝑſertim tādiu: & ſine ulla noſtra culpa. Accedit ad hanc difficultatē alia lōge incōmodior: quod
ne caupones qdē ulli nos dignos putāt: qbus ullo nūmoꝝ interuētu ea dētur: qbus ſine uitā
ducere nequeamus: Aiūt enim Guilielmum neſcio quem hominem: quantum uidere uideor circūforane
uꝫ ac plane barbarū ſibi iuſſiſſe non modo neqd nobis uel mercede ulla exhibeāt: ſed nec ēt uerbū nobiſcū
faciāt: Iſtū aūt ꝑditiſſimū Guilielmū eiuſmodi magiſtratui ꝑfectū dicūt: cui talis poteſtas decreto: publico
data ſit. Itaq; te rogo: ut uel cōſulas rebus noſtris: quemadmodum nudiuſtertius mihi corā recepiſti: uel qd
admodū malim mihi adeūdi ptās fiat: Vereor enim ne q Mediolano peſtilētiā fugimus: eam Cremonæ re
periremus in tāta rerū oīum difficultate ac tædio. Vale. Ex rure ſuburbano. xi. Calēdas octobres. Mcccclī.

¶ Franciſcus Philelphus chriſtoforo Marliano. S. D.

HOdie cum tibi primū facultas oblata fuerit: fac ſi me amas: ut te uideā. Sūt enim q̄dā mihi tecūꝫ
cōmētāda. Præterea uacuus ne oīno uēias: atramēti aliquātulū tecū affer: Nā atramētariū meū
æq̄ ſitit: atq; nos omnes. Xenophon ſilius petit abs te aliq̄tulū uernicis. Vale. Ex ſuburbano ru
re. x. calendas octobres. Mcccclī.

¶ Frāciſcus philelphus Iacobo camerinati. S. D.

SVpio qdā cōmētari tecū. Itaq; rem mihi ꝑgratā facturus es: ſi cū qd otii hodie nactus fueris: huc
te cōferas: quādoqdē nos ad te ire barbaria iſta no ſinit. Arca illa noſtra cū libris eſt ēt nunc ſub
Ioue. Vale. Ex rure ſuburbano. x. Kalendas octobres. Mcccclī.

¶ Franciſcus philelphus Ioanni iordani iuriſconſulto. S. D.

PRæterierūt anni iaꝫ triginta & amplius: poſteaq̄ nec uerboꝝ a me nec litteraꝝ aliqd accepiſti nec
ego itē abs te: Itq; nō alterutrius uolūtas aut negligētia ulla fecit: ſed lōgiſſima locoꝝ interualla:
Nam cū tu adhuc patauii operā dares iuri ciuili: ego a Venetis ſoluēs in Thraciā nauigaui: quo
græca ſapiētia factus doctior maiori uel uſui uel ornamēto latinæ linguæ futurus eſſē. Qua una
re factū ē: ut mutua ſcribēdi uiciſſitudine priuati iādiu fuerimus: Nā poſt annū ſeptimū ubi in italiā reuertiſ
ſem: & ſi eramus ꝓpingores. tamen cū tēpoꝝ quoq; difficultas nobis fuiſſet impedimento: uterq; ſiluimus:
nūc uero cū ꝓpiores facti eſſemus: tēpuſq; ipm nos mutuo ad ſcribēdū hortaretur: anteuertere q̄ anteuerti
malui: quo intelligeres nullo amoris officio me poſſe abs te ſupari. Scire aūt cupio: q̄ belle ualeas: & q̄ta me
beniuolētia ꝓſequare: nā ego te non diligo ſolū. ſed ita amo. ut nihil ad cumulū addi queat. Valeo aūt pul-
chre. Apud cremonēſes uero ideo me recipi: quoniā mediolani qua ip a in urbe domiciliū mihi ꝑpetuū cō
ſtitui. peſtilētia in dies magis atq; magis inualeſcit incrudeſcitq;. Reliquū ē. ut q̄diu in ꝓpiquo futuri ſum⁹
q̄ creberrimus inter nos litteris quotidie aliqd cōmētemur. Vale. ex. rure cremonēſi ſuburbano. x. Kalēdas
octobres. Mcccclī.

¶ Franciſcus philelphus Iacobo camerinati. S. D.

eXiſtimo tibi ab ingenuo adoleſcēte chriſtoforo marliano ea oīa uerbis meis renūciata: q̄ ame
mane corā accepit. Nihil aūt aut temere aut minus cōſulto locutus ſum. Ruſticor eni ut noſti iā
diē ſextūdecimū nō ſolū incōmode: ſed in maxima rerū oīum penuria Quid mihi poſtridie ſit
agēdū. aut unde neceſſariis rebus ſubueniēdū nō intelligo. Quare nō amicis ſolū. ſed mihi etiā
ipſi iā moleſtiſſimus fieri icipio. Itaq; ſummope te rogo. ut quæ tibi chriſtoforus noīe meo expoſuit: hoc
ipſo die oīo cōficias: quo qd facturus ſim intelligā. hodie mihi philoſophica cœna futura eſt eaq; diogēica
Poſtridie uero ne cū arida quidem cerere menſam mihi futurā uideo. Vale. ex rure ſuburbano Cremonæ.
v. Kal. octobres. Mcccclī.

¶ Franciſcus Philelphus Manſueto attēdulo abbati. S. D.

REnunciauit mihi heſterno ueſperi uir optimus amātiſſimuſq; tui Iacob⁹ camerinas inſtituiſſe te
mihi dono datū ire meretrici ſextarios decē. Quæ qdē rex uix dici queat: q̄tā mihi uoluptatē at-



tulerint: & id qdē nō tā ipſo dono: quod ſane pulcherrimū ē: q̄ bōitate ac liberalitate igenii tui: q nullo unq̄
ab me ꝓuocatus officio uolueris me tibi taꝫ opportuno tā benigno munere deuincere. Itaq; habeo tibi im
mortales gratias. Tu autē tibi uelim: ꝑſuadeas eum me eſſe futurūq; indies: q in te amando ceſſurus ſim ne
mini. Triticū autē ipſum mihi præbēdū curabis: cū in urbē uenero: Nā ruri quo pacto ſim uſurus: nō ſatis
intelligo: quanq̄ ne in urbe qdē fortaſſis eo mihi opus erit. Verū hac de te breui faciā certiorē. Vale. ex cre
monēſi ſuburbāo rure. iiii. kal. octobres. Mcccclī.

¶ Frāciſcus Philelph⁹ Nicodemo trāchedio. S. D.

QVæ tibi in ethruriā abeunti ꝓ beniuolentia noſtra mādarā: nequaq̄ debes eſſe oblitus. Miratus
autē ſum: qd nihil poſtea reſponderis niſi tua fortaſſis in urbi Romā feſtinātior ꝑfectio tibi fue-
rit impedimēto: quo id florētiæ cauſa mea gerere cōmode nō potueris: quod tuis in cōmētariis
annotaſti. Hoc ſi ita eſt factū: uelim in reditu ne prætermītas. Erit id mihi uæhemētiſſime gratū.
Et ne tuas litteras fruſtra ad me des: ego hoc tēpore ago Cremōæ facturuſq; ſum fortaſſe: donec peſtilentia
Mediolāi deſierit deſeruire. Iacobū triulciū diſertiſſimū iuriſcōſultū ualeꝭ plurimū opto i primiſq; Aurīſpā
meū uirū optimū & hominē doctiſſimū. Vale. ex rure Crēmonēſi ſuburbāo pridie Cal. octobres. Mcccclī.

¶ Franciſcus Philelphus Bartholomæo Melio. S. D.

QVnoiā certo ſcio te uel ratione uel tempore ea animi ægritudine quā non mediocrē ex obitu di-
lectiſſimi ſororis tuæ & nobiliſſimi uiri cōceperas: magna ex parte liberatum: nō ſum ueritus: ut
uti officio tuo. Decreuerunt tui iſti publici magiſtratus nudiuſtertius mihi iam licere urbē igre
di atq; pro arbitrio meo incolere. Itaq; mihi ædes parādæ ſunt: Hac in re tua mihi opera op⁹ ē:
Cupio mihi domū cōduci in tēpus ſemeſtre & amplā & cōmodam. peto igitur abs te: ut hāc ꝓuinciā tuoꝝ
alicui deferas idq; q̄ primū. Nō. n. te latet quāto cū incōmodo ruri ſum. Nūq̄ equidē didici ruſticari: qui uel
philoſophari uel aliquid liberali⁹ agere ſemꝑ cōſueuerim. Hoc erit mihi tā gratū q̄ quod gratiſſimū. Vale.
ex Cremonenſi rure ſuburbano. Cal. octobribus. Mcccclī.

¶ Franciſcus philelphus Michaeli rochæ grāmatico. S. D.

DIligētiā tuā nō ſolū ꝓbo: ſed etiā laudo: Facis. n. & amice & liberaliter. Domū mihi conduci cu-
pio tū amplā: tū etiā pulchrā. Quo in loco ſit non multi facio: modo locus ſit honeſtus ac muſis
ut ita dicā accōmodatus. Quod ſcire cupis. Næ græca dictio ē: & diphthongū recipit: ac q̄ apud
græcos ꝑ ai. ſcribiꝭ & niſi diuidatur eodē ſono enunciatur. quo apud latinos ae. diphthongus: q̄
decimus. Nā ſi diphthongus apud græcos eſſe deſierit: eodē modo profertur: quo apud nos. ai. diuiſa. unde
Virgilius græcos imitatus ait. Aulai in medio pēdebant pocula bacchi: ꝑ aulæ. Næ igitur ꝑ ae. diphthōgū
ſcripta ſignificat certe ita: & uæhemēter: uel etiā nimis ſecūdū quoſdā: Hac āt dictiōe ita utūtur latini poetæ
ꝑſertim comici ut dicā: ſymbolū: ſtrategi & aliis atq; aliis uerbis pluribus. Et ut ueniā ad rem tuā: mihi con
uenientiſſime dici uideꝭ apud Terentiū: næ pro uæhemēter aut nimis: quanq̄ nimietas a uæhementia non
admodū differt. cū. n. inquit: Faciunt næ intelligendo: ut nihil intelligāt: quaſi quod qui magis q̄ opus ſit:
aliquid uel inqrūt: uel ſpeculātur: eorum numero ſunt habendi: qui nihil intelligunt. Tu ſi ſecus putas: ute
re iudicio tuo: Ego. n. nomine mihi deū facere conſtitui. Ita etiā tibi: ſi ſapias: faciundū exiſtimo. Vale. ex ru
re ſuburbano cremonæ cal. octobribus. Mcccclī.

¶ Franciſcus philelphus Auguſtino Narinenſi. S. D.

INſtituti cōſiliū tuū ſequi. Nā quod me cōmonueris fore noſtro pricipi nō ingratū: ſi relictis Cre-
monēſibus Papiā q̄ primū cū uniuerſa familia conceſſero: puto nil temere te locutū: Itaq; in cra
ſtinuꝫ diē hinc ſoluā: quo eo facio libētius: neque ꝑ me accedat uel utilitas: uel uoluptas ad tuos
iſtos barbaros: quos deus optimus maxius radicitus perdat: idq; propediē. Domū aūt quā para
rūt ſibi ipſi habeāt una cū peſtilētia atq; ignorātia. Va: ex rure ſuburbāo Cre. q̄rto nōas octobres. Mcccclī.

¶ Franciſcus Philelphus Leodryſio cribello. S. D.

AD ſextū idus octobres ueni Ticinū ubi cōtinuus ſum futurus: donec Mediolani clemētius cælū
ſpirauerit. Audio quas domi ad cuſtodiā reliquerā mulierculas: & matrē & filiā e uiuis exceſſiſſe.
Nec de rebus meis domeſticis poſteaq̄ deceſſi Mediolano: in hāc diē audiui qcq̄ nec poſſum nō
dubitare: nequid litigii per affines meos aduerſus me ſit temptatū. Itaq; te rogo: ut oīa q̄ mea in
tereē iudicaueris. q̄ diligētiſſime odoreris: & ad me cōfeſti ſcribas. Vale. ex ticino pridie idus octo. Mcccclī.

¶ Franciſcus philelphus Bartholomæo corigiæ equiti aurato. S. D.

HAud mea de te me certe feſellit opinio. nā iampridē euꝫ te fore ſum arbitratus: cui pro tuis erga
me beneficiis eſſem plurimū debiturus. Et id certe cū ſuperioribus menſibus te ipſa expertus ſū:
tū ita hoc tēpore ꝑſpicere uideor: ut ea: quæ cernunꝭ oculis. nō. n. ignoro beignū: & amiciſſimū
tuū erga me aium. Nā liberaliſſimus uultus ipſe tuus ſic animi tui liberalitatē oſtendit: ut me iā
cenſeā oīa accepiſſe: quæ tu dares ſi ita poſſes: ut uelles: & magno ipſe leuarer incommodo: & tu nō medio
crem gloriam cōſequere. Debes enim liquido animaduertere: q̄ mihi moleſtum eſt tandiu apud cauponē
degere cū tali ꝑſerti & tā graui familia eaq; delicata. Doleo āt maiorē i modū nō mea ſolū: ſed multo ēt ma-
gis principis nrī cā. Quid n. dicaꝭ cū ab ipis hoſtib⁹: tū ab uniuerſa italia: cū icrebuerit apd oēs eā eē unius
Fran. Sphortiæ aut cōſuetudinē: aut fortunā: ut uel neq̄at uel nolit egregiis uiris opitulari: & ea ſuppeditaꝭ
qb⁹ ſine uitā tueri nemo poſſit. Itaq; rogo te: ut qd ſpōte facis: uel mea ēt uel pricipis nrī cā ſi facias ſolū ſed
efficias: hōc ē ut publica priuataue pecūia hūc eximas hac loci obſcuritate: q uel lucē tenebris uel ſolē luci
nō minus ſolet q̄ pōt afferre. Id aūt eo facilius ſis facturus: quo ſcis nihil ad te detrimēti ꝑter breuiſſimi tpis
i ncōmodū ꝓuētuꝝ. Nā multo plus mihi debeꝭ ex ærario q̄ i ꝑſtia ab me petaꝭ. Ego uero is ſum: q bñficiis

ſupari nõ æquo aĩo ſim ferre ſolitus.nã ſi aliud nihil nois ſaltẽ imortalitatẽ his qui bñmeriti de me fuerit: re ferre ſemp cõſueui.Quid uelim:paucis tenes. Vale Papiæ ex ædibus noſtris.xvii.Kal.nouẽbres.Mccccli.

℃Frã.Phi.Benedicto nurſino philoſopho ac medico.S.D.

DEbuiſti heſterno ueſperi ex cõterraneo & affini tuo intelligere:q̃ in re mihi op⁹ ẽ opa tua. Et quo niã q̃ abs te amer:iãpridẽ noui:reliquũ ẽ:ut abſte petã:ne fruſtra te admõitũ patiaris.Nã q̃uis oẽ tuũ mihi officiũ gratũ ſit ſemp:hac tñ tẽpeſtate eo erit gratius:quo magis ẽ neceſſariũ.Prætetea q̃dã mihi ſunt cõmentanda tecũ:quæ principis noſtri uæhementer interſunt. Si huc minus ante pfectionẽ tuã es uẽturus ad principẽ:uelim me facias certiorẽ:an liceat in pſentia Ticinũ incolẽtibus ad uoſ ire.Audio.n.huiuſmodi & ciuibũs & incolis pp peſtilẽtiæ ſuſpicionẽ ad uos iter eſſe interclusum. Quod ſi ſecus mihi fore ſignificaris:maturabo ad te q̃primũ. Vale.ex Papia.v.Kal.nouẽ.Mccccli.

℃Franciſcus Philelphus Leodryſio cribello.S.D.

FEciſti:ut te decet:q deſyderio meo cumulatiſſime ſatiſfeceris.Nõ.n.poterã nõ ſubuereri:ne qd ſi tigii motũ eẽt ab his:q iſidiis magis q̃ iuri ſiũ me abſentẽ noſſent.Id aũt ut metuerem Rainaldi uaridei:quẽ rerũ meaꝝ abiens pcuratorẽ cõſtituerã:ſilẽtiũ faciebat.Reliquum ẽ:ut ſi me amas quotiẽs ex tuis q̃ſpiã petit Mediolanũ:id qđ exiſtimo quotidie pp ppinq̃tatẽ tibi uſu uenire eũ dẽ cures accedere ad ædes meas:& ex pxime uicinia q̃diligentiſſime ſciſcitari:noui ne qcq̃ acciderit. Quicquid aũt acceperis:id facito ut q̃primũ ſciã. Vale.ex Papia nõnis Nouembribus.Mccccli.

℃Franciſcus Philelphus Sceuæ Corti iuriſcõſulto & equiti aurato.S.D.

AMbroſi⁹ gẽtilis dertbonenſis neceſſarius tuus:ut ipſe ait:multis mihi in rebus moleſtus ẽ.Hũc igitur ueli moneas:ne ſit aduerſus me iportunior.Nã mihi iã bilẽ mouet. Vale.ex Ticino.v.idus Nouẽbres.Mccccli.

℃Franciſcus Phi.Sceuæ Corti iuriſconſulto & equiti aurato.S.D.

NOli miteris:quod nullas ad te lr̃as dederi:poſteaq̃ ueni Papiã. Fuit.n.in hanc diẽ q̃ par eſſet occupatior & priuatim & publice.Et q̃q̃ nihil etiã nũc ſum nactus otii uolui tñ intelligeres:quo in ſtatu ſiũt res meæ.Ego:ut ſcis:iccirco Mediolanũ liqui:quo me peſtiliẽtiali ſtragi illi ſurriperẽ incolumitatiq; ſeruarẽ.Itaq; apud Cremonẽſes me recepi.Sed cũ ap đ illos nullũ eẽ neq; muſis neq; probitati locũ re ipſa cognoſſem:uidiſſemq; nobilitati nihil omnino:ſed abiectæ ſortis hoibus oia pro libidine licere:itra q̃rtũ & uigeſimũ diẽ ex quo eo loci cõceſſerã:inde ſolui ad Ticinẽſes.Cũq; Ticinũ petiturus inter remigãdũ remulco diuertiſſem i portũ iſtũ placẽtinũ:ſum abs te humaniſſime ſimul honorificentiſſimeq; & exceptus & muneratus.Quæ res eo mihi iucũdior fuit.quo mora illa Cremonẽſis moleſtior fuerat Ticinũ aũt ubi adueni:oi ſollicitudine ſum reliq̃ liberatus:præter eã:culus cauſa me a Mediolanẽſibus auocarã.Nã cũ cætera hic me cõmoda plurimũ delectãt. Vrbis amœnitas:cõſuetudo ciuiũ:& q̃ ad urbanã uitã attinẽt oia:tũ ipſa diſciplinarũ & bõarũ artiũ ſtudia:q̃bus omnibus Cremona ẽ plane uacua.ſed unũ ẽ:qđ me aĩo trãq̃llo eẽ nõ ſinit:peſtilẽtia.n.Ticinẽſes laborãt ẽt hi nõ mediocriter.Quare q Mediolani diuti⁹ cauere nõ audebã.Ticini idẽ metuã neceſſe ẽ.Neq; qd cõſilii capiã:ſcio.Nã quotidie nauigare ac mutare ſolũ cõſtãtis hois neq̃q̃ ducit.preterea huiuſmõi homines nõ æquo aio:ab iis excipiunt:q benignus cælũ incolẽtes bonæ ualitudinis rõnẽ habẽt.Itaq; hic agere inſtitui:donec ſolo Mediolanẽſi ſeſe numẽ clæmẽtius pſtiterit. Tenes rẽ meã oẽm. Tu fac:ut ualeas:& me ama.Ex Papia.v.idus nouembres. Mccccli.

℃Franciſcus Philelphus Nicolao Varoni.S.D.

PVto iã antea redditas tibi lr̃as:q̃s.iiii.Cal.Nouẽbres ad te dederã.Itaq; eo nũc breuior eẽ uolui:q̃m tuã aliquã epiſtolã expectare incipiebã.Quod aũt me i pſentia ad ſcribẽdũ impulit: aliud nihil fuit q̃ deſyderiũ Plinii cõſeq̃ndi:eius inq̃:q de naturali hiſtoria ẽ iſcript⁹.Hũc.n.audio florẽtiſſimo tuo pricipi eẽ emẽdatiſſimũ Auriſpæ Guarniq; eruditiſſimoꝝ hominũ diligẽtia. Itaq; eũ mihi excribi cupio & id qdẽ iſtic apud uos:ſiqs nõ idoctus librarius iueniri q̃at.Ad hæc abs te cupio fieri certior:an ulla ſint tibi uel themiſtii uel Alexãdri aphrodiſiei cõmẽtaria i Ariſtotelis libros:quos aut i actiua: aut i ſpeculatiua:philoſophia ſũmus ille uir doctiſſime ſimul elegãtiſſimeq; ſcripſit.Hoc erit itẽ mihi uæhemẽter gratũ:Libenter.n.ſapientiã cũ eloquẽtiã cõiungo. Vale.ex Ticino.xv.Cal.Decẽbres.Mccccli.

℃Franciſcus philelphus Petro Thomaſio philoſopho ac medico.S.D.

QVot ego ad ſextilẽ lr̃as ex mediolão ad te dederi:nõ es ignarus:ut exiſtimo. At ego ſi qd rñderis iccirco ſũ neſci⁹:qđ uitæ a peſtilẽtiali iteritio ſeruãdæ cã:ide paulopoſt ſolui cremonã q̃nto id⁹ ſeptẽbres.Ex Cremonẽſi ãt ſolo rurſus pricipis iuſſu ad Ticinẽſes me recepi ſeptio id⁹ octobres. Vñ eadẽ rõne in hãc diẽ citius ad te nõ ſcripſi:q; nulli nũcii neq; hic neq; cremonæ itẽ offerẽt:q meas tibi lr̃as eẽnt redditur i.Et nũc quoq; etſi nõ ſatis ſcio q̃ tuto lr̃æ meæ cõmittãt:nolo tamẽ putes me ſẽtẽtiã mutaſſe.Iſſem.n.ad uos:ni me pecuniæ defeciſſent.Itaq; ueli ad ea q̃ ſcripſerã q̃primũ reſpõdeas. Vale ex Papia.xv.Kal.Decẽbres.Mccccli.

℃Fran.Philel.petro thomaſio philoſopho ac medico.S.D.

QVod nudiuſq̃rtus aliis lr̃is tibi ſignificaui:Ticinũ cõceſſi.Null⁹.n.opportũior locus potuit offerri mediolanẽſis peſtilẽtie ſtragẽ effugere cupiẽti.Nã nec licebat abire lõgius. Te igit uæhemẽter rogo ut ad ea mihi reſpõdeas:q̃ ſæpius in uniuerſum ſextilẽ ex meis lr̃is accipere debuiſti. Id erit mihi gratiſſimũ. Va.ex papia.xii.Kal.decẽ.Mccccli.

℃Frã.phi.ciccho calabro du.ſecre.S.D.

GRaue mihi & pmoleſtũ ẽ ea præmiſ neceſſitate:ut pricipẽ noſtrũ linquere oio cogar.Quid enim fruſtra tã inutiliter diutius tẽpus terã. Video me nr̃o principi eẽ chariſſimũ nõ tã meis meritis q̃ benignitate ſua:Quid eni mereri aliud ſtudeã q̃ p dilectiõe fidẽ pietatẽq; referre. Ad Apollinis cytharã muſæ canũt:Qualis ſonus:talis ẽt cãtus.Nihil mihi coꝝ oiũ obſeruat:q̃ uel gratiſſim⁹



uel munificentiſſimus princeps iuſſit.Itaq; iã hinc icipio rebus meis cõſulere.Niſi breui cõſtituta pecũia reſpõderit me alioꝝ principũ æri obſtringã:apud quos poſt anni curriculũ cũprimũ uer aduenerit me recipiã. Sic eni ueluti ſpe pmiſſiõeq; deluſus neq; principis gloriæ ſtudeo neq; meæ:nã æger aius ſtudioſis i rebus imortalitatẽq; moliẽtibus recte agere nihil q̃at. Trãquillũ eẽ igeniũ lætũq; oportet:ſi qd aut egregii aut magni ex ſeſe uelit educere.Breui qd facto ſit opus potes intelligere. Vale.ex papia.v.Cal.decẽbres. Mccccli.

℃Frãciſcus philelphus Nicolao Varoni.S.D.

ET ſi ad q̃ntũdecimũ Kalẽdas decẽbres ſcripſi ad te:q̃tũ p tpe opus fuerat:tamẽ q̃a ſũ neſci⁹:acceperis ne an minus accepis lr̃as meas:uolui rurſus eadẽ tecũ agere.Pliniũ de naturali hiſtoria uæhemẽter cupio. Audio hũc eẽ apud uos diligẽter emẽdatũ. Si iſtiuſmõi exẽpli facultas mihi futura ſit:idq; Ferrariæ curabo q̃primũ exſcribi. Nec.n.dubito ſtudioſũ iſtic librariũ iueniri:q huiuſmõi ſit muere ſũcturus.Itaq; tui uel officii uel hũanitatis fuerit:ut me facias ppediẽ certiorẽ:qd hac de re poſſim ſperare. Vale.Ex papia idib⁹ decẽ.Mccccli.

℃Frã.phi.Sceuæ corti iurecõſulto & eq̃ti aurato.S.D.

PRocurator tuus coꝝ q̃ abiẽs iuſſeras:egit oio nihil.Quotidie nouã ſpẽ affert:quotidi uerba dat. Qui quoniã quã de re fidẽ mihi corã ſẽceq; recepit:fallere ſæp ius nõ dubitat:te amice moneo: ut uel e gerẽdis negociis coꝝ a uoces:uel ut ſe grauitate tua nõ idignũ pſtet q̃primũ cures. Vale ex Ticino.xiii.Cal.ianuarias.Mccccli.

℃Franciſcus philelphus Nicolao Varoni.S.D.

QVas ad q̃ntũ idus octobres ſuauiſſimas ad me lr̃as dederas:q̃rtodecio Cal.ianuarias mihi redditæ ſunt Papiæ.Nõ.n.me Cremonæ offẽdere potuerũt.Nã id loci multo ante iccirco reliquerã: quoniã nullũ eẽt apud Cremonẽſes muſis hoſpitiũ:& ſũ pterea cõmonefactus me rẽ facturum meo pricipi gratã:ſi papiæ tãtiſp agere mallẽ:dũ Mediolani peſtilẽtia fureret. Atq; fuit tua mihi epiſtola piucũda:q̃ppe q̃ eũ te oſtẽderet. quẽ ſemp amiciſſimũ eſſem exptus.itaq; nõ poſſum nõ lætari: qđ te intelligã amori meo nulla ex pte cedere.Nec.n.moleſte laturus ſim:qđ te amãdo ſupatũ iri nullo pacto patiaris. Vir plane philoſoph⁹ es:q tãti uirtute oĩmq; facias:ut ea te nolis a uiro ẽt amiciſſimo ſupari.at ipſe quoq; mi Nicolae oẽm ſim aduerſus te pugnã certamẽue initurus mũeris pulcherrimi huius gr̃a.Eo eni te magis amo q̃ amet abs te:quo magis meritis tuis amãdus es. Qđ ãt polliceris operã tuã:ſicui uel ornamẽto uel uſui florẽtiſſimus princeps tuus uel potius noſter mihi futurus ſit:nõ audio inuitus. Sed quoniã ipſe perpulchre noſti:quid mihi conducturũ ſit uel ad dignitatẽ uel ad rẽ.nihil eſt:qđ te magis admonendum putem. Vale.& communi principi me commenda.ex Ticino.xiii.Calendas ianuarias.Mccccli.

℃Franciſcus pilelphus Ioãni Palæologo Marchioni montiſſerrati.S.P.D.

AD priſtinã meã erga te obſeruãtiã tãtũ nũc cumulũ addidiſti uolũtaria tua atq; alacri benignitate ut in te obſeruãdo nemini iſtoꝝ oium ſim ceſſurus:quos magis intimos & domeſticos hẽs in primiſq; cariores.Nã tãetſi q̃cq̃d benefice in quẽpiã cõfert:plurimi fieri oportet:illud tñ lõge pluris mea ſnĩa:qđ nullo uacat officio:& ois:ut ita dixeri:numeros cõplectit.Dediſti tu qdẽ hoi obſeruãtiſſimo tui nois & gloriæ:& id qdẽ tẽpeſtiue & libẽter & large.Præſtitiſtiq;:ne hic diutius iutiliter tps terẽ.Ac nihil prſum eſt abs te ptermiſſum:qđ meis uel emolumẽtis uel honoribus cõducturũ opinareris. Itaq; tibi gr̃as ago q̃ poſſũ maximas. Teq; rogo oroq;:ut nullã rẽ eẽ putes neq; paruã neq; magnã:quã nõ ſim tua cã ſtrenue:diligẽter:fideliſſimeq; & cõſtãtiſſime obitur⁹. Vale.ex Ticino.vi.Kal.ianuarias Mccccli.

℃Frãciſcus philelphus Blaſio axereto equiti aurato.S.D.

QVæ nobis ſunt:ea noſti nobilitata iãpridẽ & ab oibus decãtata lege amitiæ:cõia eẽ oportet. quo fit.ut pati uoluerim hũc iſtũ a quo meas lr̃as accepiſti:amicũ eẽ mihi ſoli:q̃n eẽt etiã tibi idq; ipſe quoq; uæhemẽter optat.Et ẽ pfecto tãta humanitate tãta uirtute uir:ut nõ modo reiciẽdus nõ ſit:ſed admittẽdus poti⁹ & libẽter ſane atq; honorifice admittẽdus.Reliq̃.n.ex eius pñria cõſuetudineq; cognoſces. Vale.ex papia.vi.Kal.ianuarias.Mccccli.

℃Fran.phi.Iacobo camerinati.S.D.

uulgari hoc pſertim tpe:quod non omnino caret ſuſpicione. Scire ex te cupio:quid futurum putes bellum
ne an pacem! Hoc uero iccirco a te querit̄ q̄m inſtitui in Hiſpaniam breui proficiſci ad apoſtoli Iacobi tem-
plum uoti ſoluendi gratia. Vale. ex Mediolano idibus nouembribus. Mccccl v.

ℭ Franciſcus philelphus Hieronymo caſtello philoſopho medicoq̄. S.D.

CVm nuꝑ ad aprilē iſtic epithalamii illi⁹ Sphortiani habēdi gr̄a fuiſſe:memini occurriſſe mihi in
ter eūdē Baptiſtā piaſiū nobilē medicū eūdēq̄ aſtronomū:quē poſt primos amicitiæ cōgreſſus
nō potui nō mōere:ut poſthac eēt cautior i cōſyderāda hora:hoc ē ὡροσκοπω natalis Sphortiāi
nō. n. Frā. Sphor. principē hūc nr̄m hora ut uulgo putāt diei uigeſima natū eē: ut nūc nūeram⁹
ſed ueſptino crepuſculo. Nec. n. parū itereſſe ad iudicādū horoſcopi teneri rationē. Veſpertino āt crepuſcu-
lo eū enataſſe in lucē:q̄s:oiu3 melius noui:q̄ mr̄! At ego hāc rationē. ex nr̄i principis matre ſiſcitatus ſum di
ligēter. q̄ tādē ex me intelligeſ:q̄ eiuſcæ rei opinio i hoiu3 mētibus lata lōgeq̄ inſediſſet:ſurridēs inquit: for
taſſis & duo ſūt Franciſci Sphor. & duæ itē Luciæ eorꝫ mr̄es. Cæterꝫ q̄ lucia franciſcū Sphor. Mediolanen ſi-
um Ducē ex inuictiſſimo illo Mutio ſphortia pepit:illā me eſſe puto ni forſitan oblita ſum mei. Itaq̄ deſināt
cæteri affirmare:qđ neſciūt:& credāt mr̄i de filio:quæ & parturiit:& peperit eū. Hæc mi Hieronyme iccirco
tibi cognita eē uolui:ut intelligeres:q̄tū ſit fidei iudiciis iſtiuſmodi adhibendum: q̄ aſtronomi quidam: uel
aſtranemi potius tā incōſyderate effutiūt. Aut igit̄ taceant:ne ſint oibus ridiculo:aut diligentius omnia me
tiantur. Tu uelī:me iterea burſio excellentiſſimo principi cōmendes. Vale. ex Medi. xv. Kal. decē. Mccccl v.

¶Franciſcus Philelphus Guillelmo Vrſino: Franciæ cancellario. S.D.

CVm Manuel Iacob nři huius pricipis noie ad Chriſtiãiſſimũ regẽ Karolũ iter faceret: idõeus nři
cius uiſus eſt: cui meos libros de exilio darẽ ad te dono. Nã iãpridẽ ſum ex multis certior factus te
affici hoꝝ deſyderio. Eſt etiã cũ his & lõgior q̃dã ad regẽ aduerſus infideles epiſtola & carmẽ qđ-
dã itẽ lõgiuſculũ. Si tibi morẽ geſſero: res erit mihi pgrata. Abs te aũt duo ſunt: quæ petã: unũ
ut tuas lřas ad me des & qdẽ taliſq̃lis maxime expecto. Alterũ ut Manuelẽ hũc q̃tũ .ſ. ad expeditionẽ eius
attinet: ita tractes: ut itelligat meas ſibi cõmẽdatiões fuiſſe nõ iutiles. Vale. ex medi. x. Kal. decẽb. Mcccclv.

¶Franciſcus philelphus Thomæ coronæo philoſopho medicoq. S.D.

NIcolaus Trachaniotes & alexãder cananus a uobis i italiã redeũtes: cũ mediolanũ uiſẽdi mei gřa
diuertiſſent: me tuo noie mõuerũt dediſſe te lřas ad me: qbus fierẽ oĩ de re certior: quã mea inter
eſſe putauiſſes. Itaq; uolui ne eſſes neſcius. nullas mihi redditas eẽ tuas lřas. Quare ſi me amas:
qđ certe facis: facito ut itelligã: qd mihi agẽdũ ſit. Vale. ex Mediolão pridie Kal. iãnua. Mcccclv.

¶Franciſcus philelphus Ioanni Andreæ abbati. S.D.

ETſi nudiuſq̃rtus lřas dedi ad te alteras, de re tua: tñ q interdũ nũcii ſunt uel negligẽtes uel tardio
res: repetã: paucis: quæ antea ſcripſerã. Negociũ tuũ apud principẽ & forti & firma & tota acie ſũ
aggreſſus. Putoq; nobis ex ſñia nřa ſucceſſurũ: Tu aũt iſtic cura: ut itẽ lřæ apoſtolicæ eãt ad prici
pẽ: & aliæ quoq; a Iacobo nřo calcaterra diſertiſſimo iuriſcõſulto. & cũ iiſce etiã tuæ ſubmiſſæ: p
humanæ: ac ſupplices. Quas, ois mihi primo reddi uolo: ne ſi forte alii fuerint redditæ: aut nihil referraꝛ ad
pricipẽ: aut ſecus: q̃ opus ſit. Dabiſq; operã ne collati beneficii lřæ emanẽt in cõpetitorẽ tuũ. Hæc ſi feceris:
te oĩ ſollicitudie moleſtiaq; ſoluã. Rẽ paucis tenes. Vigilia Sĩ Nicodemꝰ Trãchedius iſtuc aduenerit: eũ ueli
noie meo horteris: ne lřaꝝ: meaꝝ: q̃s cupio a ſũmo põtifice cõfirmari: obliuiſcaꝛ. Tuq; ſi opus fuerit: rẽ adiu
ua. Vale. ex Mediolão pridie idus februarias. Mcccclvi. ¶Franciſcus Philelphus Ioãni Mario filio. S.D.

ACcepi lřas, tuas & cũ his: q̃s Thomas medicꝰ ad te dederat. Erãtq; mihi non multo ante redditæ:
tres epiſtolæ: una a clariſſimo uiro Guilielmo Iuuẽale Frãciæ cãcellario: & duæ ab eodẽ Thoma
Rẽ oẽm diligẽtiſſime itellexi. Reliquũ ẽ: ut audiamus: qd ad ea ſcripturus ſit Thomas: q̃ ad po
ſtremũ petebamus. id cũ primũ didicero: itet faciã. Cura igiꝛ rẽ q̃tũ potes. Vale. Ex Mediolão i di
bus februariis. Mcccclvi. ¶Frãciſci philelphi Epiſtolarũ liber decimuſtertius.

¶Franciſcus Philelphus Sũmo eccleſiæ Romanæ Põtifici Calliſto tertio. S.P.D.

ETſi nõnullos exiſtimabã fore beatiſſime př Calliſte tertie: q meã erga te obſeruãtiã audaciæ
noie deprauarẽt: malui tamẽ hõeſtatis & officii mei q̃ alioꝝ aduerſus me calũniæ hře rõnẽ.
Nã qui pluris facit cõmodũ q̃ uirtutẽ: is mihi uideꝛ totus ex fortuna pẽdere: quæ ut & inſtabi
lis eſt: & fallax: ita oĩ uirtuti maxime aduerſa atq; inimica. Quare nõ qd imperiti ſentiant ſed
qd ſentiẽdũ ſit: mihi fuit cõſyderãdũ. Itaq; iis omiſſis oĩoq; reiectis. ita mihi agẽdũ eſt cum tua
ſanctitate: ut intelligant omnes nihil mihi fuiſſe potiuſq̃ fauere laudi tuæ: quã qui de ſe negligit: is ut apoſto
lo paulo repugnat. ita ſe hoiem eſſe obliuiſcit. Quid eni eſt magnis hoĩs: q̃ omni ſtudio: atq; diligentia ſequi
amplexariq; uirtutẽ: At laudẽ qd aliud eſſe dicimus: q̃ orõnem eam: qua uirtutis magnitudo amplitudoq;
demõſtraꝛ: Itaq; abſurdũ eſt qui bonis actionibus delectaꝛ: eas pati in obſcuro eſſe: q̃ſi qd iuidoꝝ ẽ pprium
alios nolit ſui imitatores. Vt igiꝛ dignitatis gradu cæteris oĩbus mortalibus pſtas: ita operã te dare oportet
ut ãplitudine pſtãtiaq; uirtutis: & ſapiẽtiæ cũctis hoĩbus ſupior iudiceris: Nã ut grauiter ac recte Cyrꝰ ille ſu-
perior dicere ſolitus phibeꝛ: neminẽ decet impare: q ſubditis ſit deterior. Et bias ille prienẽſis q unus ẽ inter ſe
ptẽ numeratus: pulcherrime monebat impiũ uirũ demõſtrare. quod ſi moꝝ ſimilitudie beniuolẽtia generaꝛ
natura: diſſimitudie uero odiũ: q̃s ambigat eũdẽ eẽ & bonũ. & doctũ uirũ: q bonoꝝ doctorũq; uiroꝝ cõſue
tudie utiꝛ: ac familiaritate: Quãtã ſibi gloriã cõparauit Nicolaus Quĩtus q te mõ ãteceſſit in põtificatu cũ ad
cæteras uirtutes ſuas uitæq; ſãctimoniã tãta eruditiõe: tãta ſapiẽtia: tãta eloquẽtia polluit: ut oibus beneface
ret oẽs ad ſe acceſſeret: quos ulla uel ingenii: uel doctrinæ pſtantia inſignis eſſe audiret. Videmus unius eius
optimi ſapiẽtiſſimiq; põtificis uel diligẽtia: uel mũificẽtia eẽ factum: iſinita pene græca uolumina: quæ nřis
hoibus erãt ignota de rebus maximis atq; clariſſimis a græcis philoſophis: hiſtoricis oratoribus eleganter
ſcripta i latinũ eẽ traducta ſermonẽ. Idẽq; factũ ẽ de libris teologicis atq; mathematicis adeo ut non multũ
iã iuidẽdũ ſit græcis auctoribus: ita multos apud latinos legere liceat. Quod ſi diutiꝰ aliq̃do fuiſſet in uiuis:
cũ reliq reꝝ aut optimaꝝ: aut admirabiliũ ſcriptores: tum poetæ ipſi: maximeq; nobiliſſima illa duo diuini
homeri carmina: qbus hoium uita i oẽm partẽ iſtituiꝛ atq; ornaꝛ: Latinitatẽ induiſſent. Quid quod poſt ur
bis Cõſtãtinopolitanæ captiuitatẽ atq; miſerã illam & iſortunatã depopulationẽ. nũcios ſuos & negociato
res clam miſit p uniuerſam illã & Europã & aſiã q̃ turcis paret: ad cõquirẽdos emẽdoſq; græcos codices nul
li neq; labori parcẽs: neq; ipẽſæ: Neq; id negocii fruſtra ſuſceptũ ẽ: Nã inumerabilia ppe uolũina ingẽti etiã
pcio aduecta ſũt i Italiã. Itaq; iure optimo dici põt nõ piiſſe græciã: ſed i Italiã q̃ olim magna græcia dicta ẽ
unius eius Nicolai põtificis clemẽtia cõmigraſſe. Et ne oĩo ſe græcũ dici: q̃ latinũ hři mallet: & nũcios & ne
gociatores miſit q̃plurimos p uniuerſam Europã cũ grãdi pecunia: q̃ diligẽter ubiq; odorarentur: ſi quid la
tinæ grauitatis & elegẽtiæ uſq̃ lateret. Idq; nullius precii habẽtes rõne oĩo ad ſeſe deuehẽdũ curarẽt: Scio
unũ ex iis fuiſſe Enocũ aſculanũ: q quõdã fuerat florẽtiæ auditor noſter una cuꝫ Aenea iſto ſiluio q nũc ſe
næ gerit epũm. is enim Enochus in daciã uſq; pfectus ẽ: & ut referũt aliq in cãdauiã uſq;. quæ longiſſime ul
tra reliq̃s ois inſulas de qbus extet memoria apud priſcos reꝝ ſcriptores poſita eſt in mari Oceano e regiõe
germãiæ ad ſeptẽtrionẽ. itaq; eo tibi maior cura iniecta ẽ př beatiſſime q cui i põtificatũ: ſucceſſiſti: cui nihil



potius fuit: q̃ cõſule cõioſum bono: q̃ pſpicere publicæ xpĩaoꝝ omniuꝫ utilitati: & gloriæ: q̃ ea ſeq atq; cõ
plecti q̃ romano põtificatui & ornamẽto: & ſplẽdori futura eſſẽt: Nõ ſuos ille curabat aut locupletare: aut ma
gnos reddere: q ſciret iã ſibi nullã eſſe ſui poteſtatẽ: Intelligeretq; turpiſſimũ duci in uiro graui & ſapiẽti mẽ
tem cũ ore nõ cõuenire. Nã qd abſurdius dici queat q̃ eum agere qcq̃ impioſius: & pro animi impotẽtia: q
ſe in oibus ſuis lřis ſcribat ſeruus ſeruorũ dei: Recte igiꝛ Nicolaus: q̃ntus in oibus ſuis actiõibus aſſidue deũ
præ ſe ferebat: ſuorũq; oĩum oblitus cõmodoꝝ. referebat oia ad dignitatẽ & amplitudinẽ Romani põtifica
tus. Et ne ullã ſapiẽtiæ partẽ neglexiſſe uideꝛ in uita: intelligeretq; nõ ſolũ duo eẽ uiuẽdi genera: alterũ com
templatiuũ: alteꝝ actiuũ: ſed rurſus actionũ alias eẽ bellicas: alias urbanas qcquid tpis ab itelligẽtiã rerũ ad
mirabiliũ: atq; diuinarũ ſuperat: id omne ita ad uirtutes bellicas trãſferebat etiã urbanas nunq̃ꝫ ſe reiiceret:
& hæc tñ oia ad dei: & chriſtianæ religionis dignitatẽ: & gloriã. Parabat magno conatu & uiribus bellum ad
uerſus turcos: quos aiaduerteret quotidie magis magiſq; iualeſcere: nec aliud aio uoluptare q̃ pnicië & exi-
tiũ nois xpĩani. Itaq; belli neruos hoc eſt pecunias & ab aliis cõparabat: & ſuis ipſe nõ parcebat. Intelligebat
eni oia oportere eẽ cõia p Chriſto Ieſu claſſem ornabat ingentẽ: & ualidã. Copias undiq; acceſſebat: nihilq;
ptermittebat: qđ ad belli gerẽdi: quod ad cõſequẽdæ uictoriæ rõnẽ attineret. Neq; tamen hæc dũ ageret: lit
terarũ & humanitatis ſtudia a quotidiana ſua cõſuetudine aliena faciebat: ſed cũ ſciret eũ ſe uirũ: q diuinum
in terris ſolũ regeret atq; gubernaret: oẽꝫ i ſeſe hois excellẽtiã repſentabat: ut nõ minus in oĩ uitæ actione: q̃ i
uniuerſæ negligẽtiæ ſtudio reliq̃s mortalibus pſtaret. Itaq; uiros doctos & eloquentis aſſidue apud ſe hẽbat
neq; ullũ oĩo negligebat: in quo pclarã ingenii uim aliquã intueret. Quãta uero in ois huiuſmõi uiros mu
nificentia utereꝛ: nemo oium melius nouit: q̃ ipſe tu př beatiſſime. Faciebat aũt & prudenter: & recte: cũ noſ
ſet nihil eſſe ad excitãdã igenia alẽdaſq; diſciplinas accõmodatius honoratione ac beneficẽtia. Quo qdẽ cõ
ſilio atq; benignitate id effectũ iã uidebamus: ut nõ latini mõ: ſed cætere etiã nationes in oĩ orõnis: in oĩ do-
ctrinæ cultu expolirenꝛ. Reuocauit illũ ad ſe deus oĩpotẽs: q agit oia ſemp pro ſũma infinitaq; puidentia.
Et ei põtificatũ ſuccedere te unũ iccirco: ut mihi pſuadeo: uoluit: qm̃ prudẽtiſſimuꝫ innocẽtiſſimũq; cogno
ſceret. Quid. n. tibi deeſſe ad prudẽtia poſſit: qui & extremũ ſeniũ uiuis: & in negociis ſemper maximis: uari
is: difficillimis ſũma tua cũ laude es uerſatus: Videmus te illã actionis ptẽ: quã ille tempoꝝ calamitate coa-
ctus inierat q̃diligẽtiſſime pſeq. Nã tui quæſtores ubiq; ex populis chriſtianis pecunias exigũt ad cõflãdũ p
cõtinẽtẽ in turcos & exercitum. Claſſis quoq; exedificata ẽ rebus omnibus ornatiſſima & maxima. Virtuti
bellicæ q̃tũ in te ẽ: ppulchre cõſuliꝛ. Sed reliquũ ẽ: ne urbanæ fiat iniuria. Nã ſi uiris eruditis: & eloquẽtibus
a nobiliſſimo illo ſãctiſſimoq; põtifice Nicolao q̃nto prudẽtiſſime cõſtituta pmia ſuſtuleris: qd de te uno re
linquaꝛ deſyderãdũ: nõ obſcure ſuſpicari potes. Noli obſecro: q ſciẽtiſſimꝰ ſis: a quoq̃ inſimulari iſcitiæ. Qđ
eo facilius accidet: quod accuſant nõnulli nõ tuã: q inocẽtiſſimus ſis. ſed tuoꝝ quorũdã nõ tã ſubreptionẽ q̃
incuriã iſtiꝰ bibliothecæ: q̃ tãto nup labore: tãtaq; impẽſa ex uniuerſo ppe terraꝝ orbe cõparata ẽ. Huic igi
tur crimini qđ nulla tua culpa cõflatum eſt ut & q̃primum: & q̃accuratiſſime occuras oportet. Nam conſi-
ctis ẽt rumoribus pſpiciẽdũ eſt: neq̃ tibi tãta pbitate pontifici famæ notã: ubi neglecti fuerint: poſſint iureꝛ.
Aiaduertimus. n. fieri malo hoium more: ut flagitioſoꝝ famuloꝝ errata in iuſtos ẽt integerrimoſq; domi-
nos nõ nũq̃ referãꝛ. Itaq; tibi puidẽdũ arbitror: dũ bellũ paras i turcos: ne domi pdã ipſe patiaꝛ. fruſtra. n. fo
ris iuſti exiſtimemur: ſi domi iuſtitiã nõ ſeruamus i his pſertim rebus q̃ nřæ nõ ſunt: ſed reip. ſed eccleſiæ ro-
manæ: ſed Chriſti Iheſu. Quare cũ diligẽs libroꝝ rõ eſt habẽda: ne peant: tũ qui eos & exercẽt: & norſit ho
norifice ſimul & cõmode retinẽdi. Cui enim uſui ſint futura tot & tã pclara in omni genere diſciplinæ latina
græcaq; uolumina ſine his uiris. q & græce ſunt: & latinæ eruditiſſimi: Neq; arma bellica ſine militibus ac
duce utilia ſunt: neq; triremis, ſine remigibus: & gubernatore. Sed hæc tu př beatiſſime longe prudẽtius: &
melius dignoſcis: q̃ ipſe norim exprimere. Libuit tamẽ: quæ mihi ueniebãt in mẽtẽ: pro me erga te pietate
nõ pterire ſilẽtio: ut intelligeres mihi ſplẽdidiſſimũ tuũ nomẽ: curæ eſſe non mediocri. Quod ſiqua fortaſſis
in te tuas auris offenderim: id imprudẽtiæ aſcribe: nõ uolũtati. Vale pater clementiſſime: & me cõmendatũ
habe. Ex Mediolano. xi. Kal. martias. anno a Chriſti natali die. Mcccclvi.

¶Franciſcus philelphus Petro perleoni. S.D.

FAciam qđ petis & libẽter: & cito. Neq; erunt ullæ tãtæ meæ occupationes: qbus ab officio ipedi
ar. Tu interea temporis bono ſis aio &. Vale. ex Mediolano. xi. Kal. martias. Mcccclvi.

¶Franciſcus philelphus Gregorio Typhernio. S.D.

COmmẽdatio tua de Laurẽtio Veneto erit mihi loco alieni cõflati æris. Nã nõ aliter ei oibus i re-
bus ſum adfuturus: ac ſi eẽt filius. Quod nõ ſolũ tua cã ſuꝫ facturus: id qđ maximũ hẽt apđ me
pondus: ueꝝ ẽt mea: q maximo ſim abs te dono affectus: cũ eũ mihi cõmẽdaris: q dignꝰ ẽ: ut & di
ligaꝛ: & ameꝛ ab oibus. Itaq; noli de me qcq̃ dubitare: Nã nihil ẽ qđ malim: q̃ tibi morẽ gerere.
Vale. ex mediolano. xi. Kal. martias. Mcccclvi.

¶Franciſcus philelphus Aenico Daualo. S.D.

DE uolũtate Alphonſi regis erga me: & de ſtudio diligẽtiaq; tua nõ cõiecturis & argumẽtis firmiſ
ſimis ſolũ: ſed multis etiã beneficiis iãpridẽ certior factus ſũ. Itaq; tibi ueli idubitato pſuadeas ni
hil eẽ apđ me antiquis gratitudine. Et ne lõgior ſim tecũ q̃ par ẽ: ppediẽ: ut ſpero: obſeq̃r uolũta
ti cõſilioq; tuo. Vale. & maieſtati regiæ me q̃diligẽtiſſime cõmẽda. ex mediolão. xi. Cal. martias.
Mcccclvi. ¶Franciſcus Philelphus baptiſtæ Parriſiano. S.D.

QVantũ itelligo: Nicolaus frater legẽ illã nõ pbat: q̃ iſcribiꝛ de herciſcũda familia. Idq; ob nullam
aliã cãm: ut exiſtimo niſi qđ metuat uelle me q̃ mea ſunt repetere: Mõ igiꝛ uirũ: bono animo ut

ſit.Nã ipo uiuo nihil oio repetitur⁹ſum:ſed oẽm uſufructũ:ut hẽat uolo.Abſurdũ uero admodũ foret:ſi p⁹
eius obitũ q̃ mea optimo iure ſunt:minus mea aliq̃do dicerent.Diuidant̃ igit̃ inter nos pr̃na atq̧ mr̃na bo-
na:& utrã prẽ ipſe maluerit:capiat:alterã uero ita nobis ſentiat̃:ut ipſe quoq̧ dũ uixerit ea fruat̃:nullo tam̃
alio iure q̃ nr̃o beneficio:Neq̧.n.ſu; aio ita humili:ita abiecto:ut iſtinc uelim ullã uitæ alimẽta mihi afferri
Mediolanũ.At caruiſſe oio p̃rimonio uideri nolim.Diuidat̃ ergo uniuerſum p̃rimoniũ:æqs portioib⁹ut
uterq̧ norit & qd ſit ſuũ:& qd nõ ſuũ.Deide capiat frater donec uixerit redditus ois æque poſthac:ut añ hac
cõſueuit:ſed fraterno beneficio.ut nõ aliquo aut occupationis:aut diuturnæ poſſeſſiõis iure.Tenes paucis
mentem meã.Quare poteris monere fratrẽ:ut ultro faciat:qđ cogi põt inuitus.Vale.ex Mediolano.xi.Cal.
martias.Mccccl vi.

℄ Franciſcus philelphus Antonio beccharie.S.D.

MOnui te antea ſemel & iterũ per lr̃as:ut Plutarchi parallela:q̃ hinc abiens tecũ ſportaſti me iſcio
mihi curares reddẽda deniq̧.Tu uero neq̧ das codicẽ:neq̧ lr̃as.Itaq̧ nõ poſſum fidẽ boni uiri
nõ deſyderare in te.Nõ enim facis ut te decet.Quid enim aliud fuit aſport re cũ illiuſmodi me
um codicẽ me nõ mõ inuito:ſed totius tuæ abitionis inſcio:q̃ uel rape:uel furari.Quo.n.debeo
alio uerbo uti:cum nihil oio reſpõdes?Itaq̧ te ẽt atq̧ ẽt hortor:ac moneo:ne mihi moueas bilem.Sed cura:
ut meus codex q̃primũ ad me redeat.Vale.ex Mediolano.xi.Cal.Martias.Mccccl vi.

℄ Franciſcus philelphus Auguſtino dato.S.D.

MIror qd in cã ſit:qđ ſæpe meis lr̃is ꝓuocatus nihil oio in hãc diẽ reſpõderis:cũ nõ tacendi a ñobis
ſed dicẽdi artẽ didiceris.Nec enim puto te uſq̧ adeo occupatiõibus obrutũ:ut nihil oio tibi deſ̃
otii ad offm̃.Quid abs te uelit:& qd te deceat:nõ es neſcius.Vale.ex medio.xi.cal.mar.Mccccl vi.

℄ Franciſcus philelphus Albertho zanchario.S.D.

PEtrũ ioãnetũ illũ medicũ:qui quo tpe ultimũ Bononiæ docui.docebat & ipſe Sene:nõ debes eẽ
oblitus.Erat.n.& bononiẽſis & tibi ut uidere uideor familiaris.Hẽbat ille apud ſe duos meos co
dices & cõmẽtatorẽ Seruiũ in tria Virgilii carmina & ipſa carmina.Oderare ſiqd cauit teſtamẽ
to.Vale.ex mediolano.xi.cal.martias.Mccccl vi.

℄ Franciſcus philelphus Lodouico caſellæ.S.D.

NIſi tua mihi beniuolẽtia iãpridẽ certiſſimis documẽtis pſpecta eſſet:uteret fortaſſis accuratior ora
tiõe.Sed uix eſt qcq̃ magis alienũ ab amicitia diffidẽtia.Quare cũ liqdo intelligã te eſſe pcupidũ
meoꝝ cõmodoꝝ in re pſertim & hõeſta:& pia utar & breui tecũ & apta dictiõe.Permulta mihi i
cõmoda ſunt.ſed unũ ſane oium moleſtiſſimũ:qđ grãdiuſcula mihi eſt filia:& ea qdem moribus
modeſtiſſimis.Vnde hãc tradã uiro mihi ſatis nõ eſt.Deſunt.n.ad dotẽ aurei ducẽti.Rogo te id meo noie
nũcies duci Borſio:eũq̧ tua illa ſuauiloquentia qua duriſſimos etiã lapides ſoles demolire:non ores mõ:ſed
exores ne patiat̃ me diutius huiuſmodi angi incõmodo.Haud.n.dubito:qua facilitate ac munificẽtia ẽ no
biliſſimus iſte princeps:non inuitus opem tempeſtiue feret huic tãtæ meæ neceſſitati.Tibi uero hẽbo grãs
immortalis.Tecũ longior eſſe nolo.Nec enim oportet:cum & natura ſis humaniſſimus:& mei amãtiſſim⁹
Vale.ex Mediola.xi.Cal.martias.Mccccl vi.

℄ Fran.philelphus Guilielmo iuuenali urſino eqti aurato frãciæ cãcellario:barõiq̧ tremelli.S.P.D.

GRauẽ & pdiſertã epiſtolã tuã ea uoluptate plegi:qua rẽ diu multũq̧ exoptatã unq̃ antea cõſue-
uerim.Supaſti pfecto expectationẽ meã.Nã tãetſi uirũ te magnũ ſapiẽtẽq̧ opinabar:tamẽ ut ue
ro fatear ſniam ai mei tãtã in te eſſe ingenii uim tãtũ dicẽdi robur:tãtã copiã:tãtũ nitorẽ ac dec⁹
Haud arbitrabar.Itaq̧ mihi plurimũ gratulor:quod eũ te amicũ & beneficẽtiſſimũ qdẽ amicũ
ſum adeptus:in quo ſũma oia eẽ intelligo.Nã de me tibi qd aliud queã polliceri:q̃ & bẽiuolẽtiã & obſeruã
tiã ſingularẽ:Quod aũt mea tumultuaria ſcripta tãti facias q̃ti ego certe nõ duco:id abũdãtia quadã fit pci
pui amoris erga me tui.At cæcũ finxit amorẽ ãtiqtas iccirco:ut mea fert opinio:qđ ubi fuerit uæhemẽtior
recte iudicare nõ ſinat.Verũ facile patior hac in re falli te:modo a me maiora nõ exigas:q̃ ipſe pſtare poſſi;
Neq̧ id de mutuo amoris officio itelligi abs te uolo.Nã hac una in re:uel æquabo te uel fortaſſis etiã ſupbo
Cæteris eni i rebus quo uiſus fuero te inferior:eo magis atq̧ magis operã dabo:ut uel ipſe tu me iudices amã
do ſuperiorem.Vale.ex Mediolano.x.cal.martias.Mccccl vi.

℄ Franciſcus philelphus Thomæ frãco philoſopho ac medico.S.D.

BInæ lr̃æ tuæ & eæ qdẽ ornatiſſimæ codẽ mihi tpe ſunt redditæ.Accepiq̧ nõ multo poſt tertias:
q̃s ad ioãnẽ martiũ filiũ ex oppido heduoꝝ mõte coclerio dederas.fuerũt mihi oẽs & gratæ & dul
ces.Hẽoq̧ tibi grãs imortalis:qđ nihil omittas:qđ mihi futurũ putes honorificũ.expecto rurſũ
lr̃as tuas:qbus me moneas.qđ abſte p ꝓximas meas lr̃as me monẽdũ eẽ ſignificaui.Nam tãdiu
pẽdebo:q̃diu tua epiſtola tardarit.Vale.ex Mediolano.x.cal.martias.Mccccl vi.

℄ Franciſcus philelpus Nicodemo trãchedino.S.D.

QVas de mulo fugitiuo pecunias extorſiſti:nõ poſſum nõ ꝓbare:Nã q̃uis cõducibilius fuerat ac-
cepiſſe aureos uigiti a ioãne anguſciola:q̃ ab alexãdro ſeptẽ ac decẽ:tamẽ amiſſum mulũ opa &
diligẽtia tua recupaſſe opus ẽ & amici.& Nicodemi.Ad uerſurã quã mihi ꝓponis neq̃q̃ admito
Malo.n.nõ mõ a te mihi:ſed ab ipſo etiã Alexãdro pecuniolã iſtã deberi q̃ ab eo q oio nõ ẽ ſoluẽ
do.Quod ut aptius itelligas:Petri pauli tui illius lr̃as hiſce meis incluſas dedi ad te.itaq̧ te rogo:ut p lr̃as
cõmutatiõis q̃s mercatores uocãt:q̃primũ mihi.uel cũ aliquo meo detrimẽto ſatiſfaciẽdũ cures.celeritate
mihi õpus ẽ.Per coſmianã mẽſã rẽ facile tranſiges cũ Pigello.Quæ a me petis mittã ad te.Vale.ex Medio
lano.ix.Cal.martias.Mccccl vi.

℄ Fanciſcus philelphus Micodemo tranchedino S.D.



REdidi litteras heri ad te pigello negociatori Coſmiano:qbus fiebas certior nihil eẽ ſperandum de
exigẽda pecunia:quã petro paulo illi tuo credidiſſes.Pugnat.n.cũ inopia.Itaq̧ quo magis eget
nũmis:eo uerboꝝ plus hẽt:At uerba emere uẽdẽri uerba nõ expedit.Proinde ſi me amas:qđ cer
te facis:cura ut ea mihi pecũia ſoluat̃ hic a pigello uel cũ meo aliquo detrimẽto:ut mẽſarioꝝ mos
ẽ:hoc eſt ut iſtic noie meo plus des:& hic mihi reddat̃ minus.Nã malo huiuſmodi ſubire detrimẽti genus q̃
incõmodari diutius.Rẽ matura:& Vale.Illuſtrẽ meũ mœcenatẽ Karolum gonzagã magno & excelſo ani
mo uiꝝ ſaluere plurimum opto.ex mediolano.viii.Kal.martias.Mccccl vi.

℄ Frã.phi.Guilielmo iuuenali urſino equiti aurato frãciæ cãcellario baroniq̧ tremelli.S.D.

NIſi liqdo intelligerẽ quibus es occupationibus ſeptus:ſubaccuſarẽ te:q̧ nullas ueſtris regiis orato
ribus litteras ad me dederis.Non.n.te latet q̃ta me uoluptate afficiũt ſcripta tua:q̃ & grauiſſima
ornatiſſimaq̧ ſũt:& ſane talia:qbus tuã erga me caritatẽ nõ ſecus pſpiciã:q̃ ea q̃ cernũtur oculis.
Diſcere prætereа cupiebã:qd ſentires de aduẽtu meo ad regẽ i offerẽdo ope Lyrico:qđ eius ſplẽ-
didiſſimo nomini dicaui.At ueniã pfecto ad aprilẽ:quo diligẽtius præſens agã:quod abſẽs minus cõmo-
de poſſum.Interea uero tpis ſi quid eſt quod hinc uelis:tuum eſt iubere:Ego.n.quod iuſſeris peramice effe
ctum dabo.Vale.ex mediolano idibus martiis.Mccccl vi.

℄ Franciſcus philelphus Thomæ frãco phõ ac medico.S.D.

TIbi proximis diebus reſpõdi ad binas litteras:quas huius principis oratori ad me dederas Expe-
ctabã autẽ abs te intelligere:probareſne aduentũ præſẽtiaq̧ mea in offerẽdo lyrico noſtro ope re
gi Karolo:id quod & ter & iterũ antea ad te ſcripſi.Itaq̧ ſum miratus quid in cauſa fuerit:quo mi
nus quicq̃ hac de re mihi ſignificaris:pſertim cũ ea tibi oblata eſſet opportunitas ad aduentũ re-
giæ iſtius legationis:qua nihil poterat cõtingere opportũius.Num fortaſſis uel tacẽdo mones ut ueniã:Ita
.n.interpretor.Obtemperabo ſane conſiliis tuis:Meq̧ p diuina bẽignitate ad mẽſẽ uſq̧ accingã itineri.Va
le.ex mediolano idibus martiis.Mccccl vi.

℄ Franciſcus Philelphus Ludouico caſellæ.S.D.

INtelligo in dies magis id qđ certe dubitaui nũq̃:me tibi eẽ cariſſimũ.Itaq̧ tibi uelim oino pſua
deas eũ eſſe philelphũ tuũ:quo de tibi poſſis oia polliceri:quæ uel grati animi ſunt:uel igenui.ua
le.ex mediolano.v.idus martias.Mccccl vi.

℄ Franciſcus Philelphus Petro Thomaſio philoſopho medicoq̧.S.D.

REm mihi factur⁹ es ad modũ gratã:in primiſq̧ piucũdã:ſi lr̃as hiſce tuis adnexas reddi curaueris
Carolo gõzagæ & q̃ celerrime:& q̃diligẽtiſſime.Quod ut facias te maiorẽ in modũ rogo.Præte
rea ſiqd noui hẽs de turcis rebuſq̧ oriẽtalibus:fac ut ſciã.Vale.ex mediolano pridie idus martias
Mccccl vi.

℄ Franciſcus philelphus Nicodemo trãchedino.S.D.

PVto fieri fato neſcio quo ut neq̧ mulus ad me redire:neq̧ pecunia ire ullo pacto poſſit.pigell⁹ a
ſuo ipſius noie nõ recedit:q nec lr̃is tuis:nec ulla mea oſone ad cõficiundæ rei celeritatẽ potuerit
excitari.Quin ait tãdẽ ſe tũc daturũ operã:ut tibi mihiq̧ morẽ gerat:cũ ſibi ioãnes clappãus tu-
as pecũias numerarit.ioãnes aũt ipſe dicit id ſe facturũ cũ poterit:Nã ſibi pecũias nullas eẽ.at pe
trus paulus tuus eadẽ oſone utit̃:qua antea cõſueuit.Itaq̧ hinc uerboꝝ multũ:Illic uerõ ne uerba qd ẽ ſu-
mus cõſecuti adeo pigra oia:& lãguida extiterũt.Ego ante Cal.maias oio trãſcẽdã alpes ad regẽ frãcoꝝ:Tu
uale.Et me ama.Ex mediolano nonis aprilibus.Mccccl vi.

℄ Fran.phi.Franciſco aleardo.S.D.

GAlbe Othoniſq̧ Cæſarũ uitas:q̃s e græcis latinas reddiderã ꝓmiſiſti hic abiẽs fore:ut ante mẽſẽ
reddẽdas mihi curares.At iã pterit totus annus:cũ neq̧ illæ nec lr̃æ tuæ ullæ uſq̃ apparẽt.bonũ
aũt uirũ te eũdẽq̧ nobis amicũ eẽ arbitror.Itaq̧ nõ poſſu; eqdẽ nõ mirari:qd in cã fuerit:ut tãdiu
& mihi:& amicis pluribus:q iſtiuſmodi uitas uidere deſyderãt:& icõmodaris:& incõmodes.Ni-
ſi fortaſſis alii qdã ſint apud uos ueronẽſis:q̃ apud reliquã italiã mẽſes.Nã ſi ut mẽſis apud egyptios ãni lo
co ducebat̃:ita apud uos annus p mẽſe hẽat̃:rediiſſe iã tãdẽ ad me debuerat libelli mei.Vale.ex mediola-
no nonis aprilibus.Mccccl vi.

℄ Franciſcus Philelphus Facino forobronũciano.S.D.

ACcepi a nr̃o bonoaccurſio piſano q̃ apte:& elegãter ea abs te oia geſta ſunt:quæ ad ducalẽ Ticini
bibliothecã attinebã.Feciſti ſane ut ſoles oia:prudẽter.Itaq̧ nõ mediocrẽ tibi laudẽ cõparaſti cũ
apud doctos ois:tũ apud pricipẽ nr̃m.Reliquũ eſt:id efficias.ut exitus pricipio reſpõdeat:ad quẽ
ipm̃ oportet ſemp humanis in actionibus pricipiũ itẽdere.id uero iterea tpis dũ curas:noli obli-
uiſcaris:q̃ mihi rẽ gratã facturus ſis:ſi huic iſti familiari nr̃o bonoaccurſio cũctis in rebus ut cœpiſti gratifi
cabere:Vale.ex medio.vii.idus apriles.Mccccl vi.

℄ Frã.phi.petro Thom.philoſopho ac medico.S.D.

NOn prius mihi qcq̃ de tua amiſſa ualitudnine ẽ renũciatũ:q̃ de recupata ex tuis lr̃is itellexi.Nul
lis certe occupatiõib⁹ meis eẽt itermiſſa dulciſſima nr̃a cõſuetudo ſcribẽdi:ſiqd mihi ãtea fuiſſet
de tua ægrotatõe auditũ.Qua eſſe te liberatũ:ita lætor ita gaudeo:ut alia de re nulla magis poſ
ſim:Reliquũ ẽ ut oẽm curã diligẽtiãq̧ adhibeas quo te poſſimus q̃ diutiſſime frui.Quod ut faci
as:te p amicitiã noſtrã rogo etiã atq̧ etiã.Ego carminũ opus hoc tpe ſum æditurus:id qđ regis frãcoꝝ caro
li dicaui nol:Tu ueli lr̃as meas tuis hiſce icluſas q̃celerrime:& q̃accuratiſſime reddi cures mœcẽati meo Ka
rolo Gonzagæ.Vale.ex mediolano idibus aprilibus.Mccccl vi.

℄ Fraucíſcus pihlelphus Sigiſmondo pandulfo malateſtæ.S.D.

QVanq̃ ex iis lr̃is q̃s nudiuſqntus Bertholiæ nũcio ad te dedi:ſatis liquido potuiſti itelligere:q̃ ſit
mea de te opinio:hãc tamẽ hoc tpe mirifice cõfirmauit ſuauis diſertuſq̧ poetaq̧ Porcellius rõa-
nus q ut primũ mediolanũ ſe recepit:cũ apud florẽtiſſimũ pricipẽ hũc nr̃ũ tũ apud aulicos pur-

puratoſq; uniuerſos eã de tuis diuinis uirtutibus orõnē habuit:qua in te audiētes oīs īcredibili beniuolētia
cōcitauit. Oſtēdit pterea pulcherrima quædã poemata:q̃ uerſu i duodeci a ſe lucubrata epiſtolas tãtã ptæ ſe
laudē atq; gloriã de te ferūt:ut unicus nr̃æ tēpeſtatis ſis priceps iudicãdus:quē oēs docti uiri atq; eloquētes
oī obſeruãtia uenerationeq; pſequãt. Itaq; tū uiuæ unius huius hois uocis locupletiſſimo teſtimōio:tū duo
deci iis ſuauiſſimis luculētiſſimiſq; epiſtolis tãtus cumulus ad priſtinū meū erga te amorē acceſſit: ut te uno
cogitãti mihi aliud hoc tpe nihil ſit neq; optatius:nec dulcius. Perge igit̃:ut facis priceps pſtãtiſſime:& incli
tū nomē tuū imortalitati cōmēda. id qđ alia re nulla facilius aſſequeris:q̃ ſi te in dies magis atq; magis pba
tiſſimis oratoribus & poetis amãdū celebrãdūq; pſliteris. Vale. Ex mediolano. vii. idus maias. Mcccclvi.

℄ Franciſcus philelphus Thomæ frãco philoſopho medicoq; . S. D.

FAcerē nō tibi mō:ut mea fert opinio:ſed etiã xp̃ianiſſimo regi Carolo iniuriã:niſi tibi eos quoti
die cōmēdarē:quos dignos cēſeã ſtudio bēiuolētiaq; tua. Quid eni ē:quo qſq̃ magis pxie acce
dat ad deū:cōmiſeratiōe ac beneficētia: Alienæ certe calamitates & ærūnæ ſatis debēt nos admo
nere:q̃ ſint res hūanæ fragiles:& caducæ & nō minus metuēde:q̃ expetēdæ oibus. Quare qđ no
bis q̃at aliq̃do accidere:niſi in iis cōmiſereſcamus:qbus idigne acciderit:in nos metipſos ſimus iniurii. itaq;
nolim mireris:ſi tibi quotidie cōmēdo cōſtãtinopolitanos ciues:q nobiliſſima patria atq; fortunis & bonis
oibus orbati miſerabiliter ſeruiūt apud ipſos turcos. Tuū ãt ē his q̃tū facultas tua dignitaſq; patit̃ beneface-
re. Nihil. n. te cogo:ſed aut hortor:aut moneo. Nūc aūt maxīe oium ſim accuſandus:ubi tibi minus cōmē
daro diligēter clariſſimū philoſophū:& eūdē uirū eloquētiſſimū:atq; omni diſciplinarū genere præſtãtiæq;
pollentē Ioannē argyropulū:q tibi meas haſce reddidit lr̃as. Eſt enim ēt ipſe non mediocris ps luctuoſiſſimi
illius naufragii:q̃o ipium illud oriētale obrutū poenitus abſuptūq; eſt. Quare cū adhuc in plæriſq; ſuis la
chrymabilē ſeruitutē agat apud barbarã illã imanēq; nationē:tuæ uel humanitatis:uel officii eē arbitror: ut
qbuſcūq; in rebus poteris te in hūc talē ac tãtū uirū & piū pſtes & pbenignū. Nã hoc uno nemo ē in uniuer
ſo græcorũ genere neq; doctior:nec ſapiētior. Quãobrē qcqd in hūc officii beneficiiq; contuleris:in meipm
collatū exiſtimabo. Et hac de re ſatis. Proximis dieb⁹ Ioãnes Marius filius dedit ex Taurino ad me lr̃as per
humanas a pſtantiſſimo frãciæ cancellario Guliemo Iuuenale urſino:abs te aūt nullas: Quo factū eſt:ut nō
me coeperit mediocris admiratio: Quod nihil ad ea reſpōderis:q̃ antea lr̃is pluribus ad te ſcripſerã de aduē-
tu meo: At ne cãm qdē intelligo:qđ ad uos ierit filius Ioãnes marius. Nã neq; eſt a me miſſus:neq; is cã; ul
lam hac de re ad me ſcripſit. Tamen utrunq; res habet:breui te uiſam. Id quod factum iam eſſet: ſi mihi per
meum hunc principem licuiſſet. Vale. ex Mediolano. xv. Cal. iunias. Mcccclvi.

℄ Franciſcus philelphus Facino forobronſiciano. S. D.

QVod poſteaq̃ aſparagos ad me dederas:nihil ad te ſcripſeri; aliud quid putas fuiſſe in cauſa q̃ ex-
pectaſſe me:ut quod lautiſſiſſime coeperas:ſecundares? Id quoniam iam plane animaduerto ne-
quaq̃ abs te factum iri. cogitaui excitandum te eſſe:ut ſi uel hac uia munificentior reddi poſſes.
Sed interea loci maiorē in modum a te peto:ut ſpartiani ac reliquorũ ſcriptorũ:quos iſtic eſſe au
dio:uitas imperatorias mihi oino excribi cures. Vale. ex Mediolano. x. Cal. iunias. Mcccclvi.

℄ Franciſcus philelphus Donato Actiolo. S. D.

IOannē argyropulū quē mihi diligētiſſime cōmēdaras:& uidi libētiſſime & uirū doctrinæ:& elo-
quētia ſingulari:& reb⁹ oibus qbus potui:tū publicæ:tū priuatim pro dignitate ſum q̃ accuraſſi-
me pſecutus. Is a principe nr̃o phumaniter pbenigneq; tractatus:trãſiuit ad tranſalpinos reditu
rus ad uos ad cōſtitutū tps. Te uero & reliquã florētinã iuuētutē nō poſſū nō laudare qđ talē tã-
tūq; & oratorē:& philoſophū græca uobis inſtituēdis diſciplina pfeceritiſ. Nã ſentio neminē iter græcos hoc
uno uiro omni diſciplina pſtãtiorē. Quod eo pluris faciēdū exiſtimo:qđ latinã ēt eloquētiã ppulchre cal-
let. Incūbite igit̃:ut coepiſtis:ut q̃doqdē huiuſmodi doctorē adepti eſtis:qđ ingeniū natura hētis acerrimū:
id ſtudio quoq; diligentiaq; ueſtra indies magis magiſq; augeſcat:atq; exornet̃. Vale. Et Bartholomeū ſca
lã uelim moneas uerbis meis:mihi iam opus eſſe uitreis oculis:quare ſi neq; parcior ac ditior factus eſt cu-
ret hos ad me dare. Ex Mediolano pridie Cal. iunias. Mcccclvi.

℄ Franciſcus philelphus Petro Thomaſio philopho ac medico. S. D.

AMicus ille tuus nec orõnē mihi tuã oſtēdit:nec epiſtolã:iccirco ut arbitror:qđ oia uerterit in ſuū
uſum. Ita ē eni mos hoīs:qppe q diſertus hēri cupiēs alienis ſe ueſtibus nō inuitus ornat: gracu-
lū. ſ. imitatus:quē aquilæ pēnis q̃doq; indutū fabulãt̃. Quare dum tua legi:uis tibi poſthac pru-
dētius cōſule. Nō eni recte cybus eſurienti cōmittit̃. Quid apud uos noui ferat̃ de turco mahu
meto. deſydero audire:ociat̃ ne an negociat̃. & ubi ſit gētium. Nã certi nihil ad nos offert̃. q̃q̃ ſunt q eū i tri
ballos cū maximo robuſtiſſimoq; exercitu ad qngēta hoium millia pceſſiſſe affirmēt aduerſus ſpēdorobū
quod eſt munitiſſimū oppidū ad danubiū poſitū e regione hūgariæ. Nos dormim⁹. At turci uigilãt. Vale.
ex mediolano nonis iuniis. Mcccclvi.

℄ Franciſcus philelphus Guilielmo iuuenali urſino frãciæ cãcellario. S. D.

CVm thomas Thebaldus ſplēdidiſſim⁹ eq̃s auratus iret ad chriſtianiſſimū regē Carolū:nō potui
nihil lr̃arū ei ad te dare:qbus certior fieres nihil te gratius hoc tēpore:facere mihi poſſe:q̃ ſi dares
operã:ut huic iſti uiro oibus in rebus qbus poteris:q̃ maxime gratificeris. Nam hoc uno mihi ne
mo. familiarior nec alius qſq̃ ē:cui magis oia ex ſentētia ſua euētura optē. Amat enim me unice
& ita a me amat̃:ut nr̃a amicitia in numero locãda iure uideat̃:quos antiq̃tas ois ob raritatē admirata eſt:
Accedit ad rē:qđ eius cã tū ad modū ē honeſta. tum regi Carolo:cuius gloriæ maxime ſtudeo:ita honorifi



centius: quicq̃ eſſe poſſit. Quid enim eſt per immortalē Deū:qđ magis deceat reges:qui
perinde habeat̃ in terris:ac deus:ut ita dicam:in coelis:q̃ beneficentia & iuſtitia? At p iuſtitia quod ſit Cha-
roli munus in hac cauſa:eius litteræ promiſſaq; declarant. Nã beneficentia qui rex uacat:is certe rex appellã
dus nō eſt. Haud enim dixerim:nos fieri ingratitudinis reos:ubi iis minus benefacimus:qui nobis benefe-
cerint. Atq omnis prope Italia teſtis eſt:qualem ſe pſtiterit Thomas impientiſſimum regem Charolu;:& q̃
inde incommoda quantaq; ſubierit. Recenſerem hæc ego fuſius ac prolyſius:niſi ad te ſcriberē:qui harū re
rū omnium locupletiſſimus teſtis es. Itaq; ſi officio uti uis:ſicuti certe uis:ſi fames gloriæ chriſtianiſſimi re-
gis tui:id quod ē mihi oi certitudine certius:amplectere obſecrō honeſtiſſimã Thomæ thebaldi cauſam:ut
quæ apud omnes de ſummis Charoli regis diuiniſq; uirtutibus expectatio concitata:hæc in præſentia nixi-
us confirmetur:atq; augeſcat:de aduentu autem meo nihil adhuc habeo certi: is mihi in hanc diem negat⁹
eſt. Nam neque pedem quidem mouere mei huius iniuſſu principis mihi licet. Spero tamen propediem
fore:ut exorari ſe patiatur. Interea uero temporis tu me ſublimitati regiæ q̃diligentiſſime commēdato. Va
le. ex Mediolano ſexto idus iunias. Mcccclvi.

℄ Franciſcus philelphus Thomæ franco philoſopho medicoq; regio. S. D.

MIraris tu fortaſſe:quid in cauſa ſit:ut tãdiu differam aduētum meum quem tam ſæpe propediem
futurum pollicitus ſum. Quod ſi conſyderaris me eſſe ſub principe conſtitutum:iniuſſu cuius p
ficiſci non liceat:non modo non mireris:ſed laudes potius meam fidem:quod nullis meis uel ma
ximis emolumentis uelim ab eo inuito decedere:ne ad minimum quidem tēporis punctum:cui
pluribus meritis ſim obſtrictus. Spero tamen hunc mihi breui exorandū ac te continuo uiſendū. interim ue
ro rem mihi facies pergratam:ſi cauſam Thomæ Thebaldi ornatiſſimi equitis aurati:uiriq; humaniſſimi &
optimi ea beniuolentia apud chriſtianiſſimum regem: Charolum diligentiaq; ſuſcipies:ac ſi eſſet mea. qđ
eo ſtudioſus es facturus:quod uniuerſa fere nouit Italia:qualem ſe Thomas in regia cauſa præſtiterit:q̃tum
q; ei debeat̃. Accedit ad rem:quod tantæ ſunt unius Thomæ thebaldi atq; tam multæ præclaræq; uirtutes
ut ſi nullum etiam aliud huius eſſet meritum in regem:hæ ſaltem faciant meruiſſe:quo animum in ſe regiū
pbenignū experiatur. Quare ſi tibi regis gloria cara eſt:ſicuti certe eſſe debet:adhibe omnem operã atq; in-
duſtriam:ne iſtuc fruſtra Thomas profectus uideatur. Hac una re mihi præterea optatius facere nihil potes
de meis autem rebus ex eodem Thoma cognoſces. Vale. Ex Mediolano. vi. idus iunias. Mcccclvi.

℄ Franciſcus philelphus Antonio bononio panhormitæ. S. D.

QVi tibi reddidit meas litteras frater Hēricus pãhormitatanus idēq; theologus:petiit a me Neapo
lim petiturus:ut pro noſtra amicitia aliqd ad te ſcriberē. Quod ego feci eo libentius:quo nō tibi
modo homini amiciſſimo:ſed ei quoq; rem me facturū intelligebam admodum gratam. Quid
autem aliud ſcriberem non habebam præter id unū:meam erga te beniuolentiam indies magis
magiſq; augeſcere. de rebus autem meis ſi quid uis audire:ego totus ſum cum muſis æditis quatuor Sphor
tiados libris:quod reliquum eſt eius operis proſequor. Libri futuri ſunt ſedecim: Verſibus ad duodecim mi
lia octingentos. Scribo etiam odas:quæ noſtri nominant carmina: Eruntq; decem milia uerſuum in oi me-
trorum genere æduntur ab me in præſentia libri quinq; eius operis:quos ipſe ad Charolū regē francorum
mecum ſum aducturus intra quindecim dies. Hi complectuntur decem milia uerſuum. Tu quid agas:noſ
ſe percupio. Noli obſecro pati:ut nobiliſſimum tuum ingenium præſtanſq; doctrina uoluptate diffluit:ico-
lis enim ſirenum hoſpitium:& amoenum & delicatum. Quare tibi ulyſſea calliditate opus eſt. Vale. & me re
gi Alphonſo commenda. Ex Mediolano. xvi. Kal. iulias. Mcccclvii.

℄ Franciſcus philelphus Sigiſmundo pandulpho malateſtæ. S. D.

MAgnidecentiã erga me tuã:ſic. n. malo nouo nomine philoſophos imitatus: q̃ liberalitatē appel
lare cū reipſa magnifacio:tū gaudeo plurimū tua cã:q oib⁹ in rebus te magnū ita pſtes:ut ad tu
um decus uideat̃ nihil poſſe accedere: Nã q̃tū mea intereſt:magna munera nō plus momēti apđ
me habēt q̃ parua:nō ſolū quod ipſe paucis ſim contentus:ſed etiã qa nihil in fortuna magnū eē putem:niſi
quatenus ſit cū uirtute cōiunctū. Quo fit:ut eo te admirabiliorē ducã:quo ſecundiſſima ſemp fortuna uſus
nuſq̃ ſine pulcherrimo eodemq; munitiſſimo uirtutis comitatu eē uolueris. Cuius ope atq; auxilio nō mō
obſequentē fortunã tibi reddiſti. Verūetiã miniſtrã ac plane ſeruã. Gratulor igit̃ tuæ tãtæ iſti tanq̃ cōſpicuæ
altitudini magnitudiniſq; animi. Mihi uero plurimū lætor:cui uideo contigiſſe: ut pſidio tuo beniuolentiaq;
adiutus eam ſim ſemp in oēm caſum habiturus ſpē & emolumēti & dignitatis:quæ certa ſit pr̃ſusq; ſecura:
Gratiam uero ſi quã tuæ patem munificentiæ referre minus potero:habeo eã pfecto & cūmulatã: & alacrē:
Itaq; uel animi gratitudine tuæ tã præclaræ benignitati nunquã ipſe concedam. Sed hæc melius fieri q̃ dici
uolo. Quare de his ſatis. Ego intra pauciſſimos dies alpes trãſcendã uiſurus karolū regē francorũ: apud quē
faciã de te uerba honorificentiſſime. Vale. Tibiq; Petrū perleonem nō minus prudentem uiru; q̃ doctum
ac diſertum commendo etiam atq; etiam. ex Mediolano. xvi. Cal. iulias. Mcccclvi.

℄ Franciſcus philelphus Petro perleoni. S. D.

REnūciauit mihi nūci⁹:quē ad te miſerã:te iccirco ad me Arrhianū non dediſſe:q; eū cures excribi
quo ubi primū eēt abſolut⁹ iret mediolanū. Nō diſplicuit cōſiliū tuū: Sic. n. & mihi ɔſuluiſti ſimul
& tibi. Reliquū eſt:ne res trahat̃ in annū. Maturato eſt opus: De carmine qđ ſcripſiſti:curabit̃ a
me diligenter & p amicitia noſtra. Id qđ in proximis quinq; carminū libris. περὶ Δεὸ ὁσίότου
cū e gallia trãſalpina reuertero:quo pximis hiſce dieb⁹ ſum pfecturus:ſatiſfaciã uolūtati tuæ. Cum librario
tibi opus non eſt:ueſi hortator eat ad me: Cui quod nomine meo receperis præſtabo. eſt enim Demetri⁹ qui

dam Xantopulus rufus homo leuis:& mēdax ac plane flagitioſus:Cuius ego opa ideo uti nolo: ne operaꝫ
oēm cū ope amittā. Si talis iſte nō ē mitte ad me. Nā iprobū iprobo cōmutare nō libet. Vale. Ex Mediolāo.
xvi. Kal. iulias. Mcccclvi. ¶ Franciſcus Philelphus Alphonſo regi. S.P.D.

CVm Matthæus malferitus tu⁹ ad hūc pricipē legat⁹ ad te rediret:officii mei eē exiſtimaui:ut lraꝝ
ei aliqd ad te darē. Et q̄uis pmulta eſſent:q̄ ſcribēda occurrebāt:nullū tñ uiſum ē cōmodius argu
mētū:q̄ ut p me fieres certior iter cæteras tuas laudes:q̄ oēs ſane admirabiles ſūt & maxie: nullaꝫ
mihi neq; maiorē uideri:neq; certe quā magis uiri oēs boni ſapiētesq; admirēt̄ q̄ ꝙ & doctriæ ſp ſtudeas:& ui
ris doctiſſime eruditis te magis quottidie atq; magis munias:& celebrari cupias. Nā ſi ſapiētiā rerū diuinaꝝ
atq; hūanaꝝ ſciētiā:& eaꝝ diligētē inqſitionē eē diffiniūt:qd p imortalē Deū:qd ad ſapiētiā ꝓpius accedat
q̄ inqſitio diligēs & aſſidua:Nā ſcire qdē ſi malimus rē ipſaꝫ recte iterpretari: q̄ nos ipſos blādiēdo decipere:
ſolius Dei ē nō hoīs. itaq; nō iprudēter dicere ſolitū tradūt Socratē ſe id unū ſcire qđ nihil ſciret. Sola igr̄ ue
ritatis inqſitio dicēda ē hūani igenii. inqrimus ſane dū uiuimus qd i quaq; re ueꝝ ſimplex: pſpicuūq; ſit: qđ
certe tñ demū idubitato itelligemus:cū hac nube corporali ac tenebris ſoluti in cœleſtē pr̄iaꝫ cōmigrabim⁹
Ad hāc uero inqſitionē cū libri pmulti docte & elegāter ſcripti ualere plurimū ſolent:tū uiri ipſi ingenio elo
quentiaq; pſtantes. Nā incultus & ineptus hō:qd uſq̄ afferre q̄at:qđ iuuet? Vt.n. optimi etiā cybi reiici con-
ſueuerūt:qui ſordidius parati ſint:ſic itē de rebus doctis orationem:quæ cultu ſuo ac nitore uacat reiiciendā
contemnendamq; exiſtimo:Quare cum ad cæteros quos habes doctiſſimos diſertiſſimoſq; uiros acceſſiſſe
audio Theodorum gazen:non poſſum non lætari:tibiq; plurimū gratulari:Habes enim uirū:quo nemo ē
in uniuerſo græcoꝝ genere neq; doctior:neq; eloq̄ntior:nec modeſtior. Et eſt is ꝑfecto: ut mea fert opinio:
talis tantuſq; uir:ut nihil ex eo ſis in omni politiore diſciplina fruſtra deſyderaturus. Humanitate uero cæte-
riſq; uirtutibus quantū ualeat:iā liq̄uido potuiſti ex eius conſuetudine cognoſcere. Tuæ autē benignitatis
fuerit ita iſtum tractare atq; diligere:ut eos ſoles:quos maximis ducis. Nam quicquid in eum beneficii con-
tuleris:& bene & honorifice abs te locatum breui intelliges. Vale Rex optime. ex mediolano nono Calen.
octobres. Mcccclvi. ¶ Franciſcus philelphus Porcellio. S.D.

VVrborū exercitato pitiſſimoq; artifici uerbis opus nō ē:pſerti eiq nō latinā ſolū:ſed etiā græcā ſa
pit calliditatem. itaq; rogo te:ut libentiſſime tibi cōmodata fide bona reſtituas. Vale Mediolāi ex
ædibus noſtris. Mcccclvi. ¶ Franciſcus pilelphus Xenophonti filio. S.D.

DE mantuano Epiſcopo q̄ ſcripſiſti:legi plibenter:& ſi nihil certi ſignificaſti. Audio iſtū antiſtē & do
ctū eſſe:& bonū uiꝝ. Eqdē neq; bōitatē cuiuſq̄ facio multi ubi is careat doctria:neq; doctrinā in ꝓ
cio eſſe habendam reor:q̄ bōnitate ſit nuda. Tu ſatis potes aiaduertere quæ mea ſit mens:q̄ uolū
tas:itaq; ēt atq; etiā caue. ne qd agas temere. Odorare oia diligenter:nec ſinas te falli. Satis es ad-
monitus. Vale. Ex Mediolano kal. decembribus. Mcccclvi. ¶ Frā. phi. Lodouico cun ii comiti. S.D.

x Enophon filius cupit pegrinari:id qđ ei fauſtū fortūatūq; ſit uæhemēter opto. Rē mihi feceris gra
tiſſimā:ſiquo tpe mantuæ fueris:ingreſ oia diligēter:ut intelligas:quo iter icedit. Eūq; accerſas ad
te pſæpe:ac moneas:q̄ ei cōductura exiſtimaueris:Nā neſcio quo natus aſtro q̄dā appetit ſupra ui-
res. Cōpeſcēdus ē eius ipet⁹:ne ſeſe pcipitē dedat. Probo ē igēio:& cōpoſitis morib⁹. Sed q̄dā hēt neſcio qd
lōge ſe altius. Tenes qd ueli. Vale. ex Me. Kal. decēb. Mcccclvi. ¶ Frā. phi. Xenophonti filio. S.D.

SVperioribus diebus Bartholomæo Platynenſi mātuā repetēti lr̄as ad te dedi:qb⁹ ad ea oia reſpō
di:q̄ ternis antea lr̄is mihi ſcripſeras. Nūc aliud nihil erat:qđ ſcribēdū eē oporteret:niſi ut pataui-
nū librariū ire ad me cures:quē tractabo nō hūaniter ſolū:uerūetiā liberaliter:ſiqdē talē experiar
qualē pdicas. Tuā iſtic morā nō poſſe nō ꝓbare:ſiquid certi audirē tibi cōſtitutū:Nā ſpē pcio e-
mere ſtultū eſt. Tu tñ facito:nequis te leuitatis accuſare iure queat. Vale. ex Mediolano. iii. nonas decēbres.
Mcccclvi. ¶ Franciſcus philelphus Blaſio ghiglino abbati diui Ambroſii. S.D.

AButeris Blaſi ghigline facilitate modeſtiaq; mea. Et facis tu quidem minime liberaliter:qui & ora-
tiones meas:& libellū quem de uita & moribus illius ſanctiſſimi patris ac ſapientiſſimi uiri pientiſ-
ſimiq; pontificis Nicolai quinti nuper ſcripſeram:repetenti mihi tam ſæpe reddere:uel neglexeris
uel nolueris. Itaq; dico tibi:niſi ante chriſtianam reſurrectionem hæc omnia mihi reſtitueris. om-
nino fore:ut facilitatis poſthac meæ & uſitatæ nimis in te modeſtiæ ita oblitum ſentias:ut neq; me unq̄ uelis
nec alium quenq̄ fallere:Nam dabo operam:ut de laudatiſſima tua iſta conſuetudie moribuſq; grauiſſimis
nulla unq̄ ætas:nulli populi conticeſcant. Vale. Ex Mediolano. viiii. Kal. martias. Mcccclvii.
¶ Franciſcus philelphus Othoni carreto iuriſconſulto. S.D.

QVi diui Ambroſii monaſterio mediolani abbas pēſt:q̄dam opuſcula mea iāpridē accepit cōmo-
dato. Hæc dū repeto dat hō ſimplex ac minime ueſutus uerba ſēper. Itaq; inſtitui bello rē decer-
nere:poſteaq̄ iure nō licet. Sed anteq̄ i aciē deſcendā dimicaturus:duxi hoiem admonēdū. Quaꝛ
te rogo:ut meas lr̄as:hiſce occluſas ei reddēdas cures:meq; facias q̄primū certiorē:malit neqo in
ſanire:an aliq̄do reſcipiſcere. Nā niſi blaſius ghiglinus ſatiſfecerit ꝓpediē ſuo mūeri. ego utar meo. Vale. Ex
Mediolano nono Kal. martias. Mcccclvii. ¶ Franciſcus philelphus Xenophonti filio. S.D.

ACcepi tuas litteras ex ueneriis:quas tuus ille familiaris Veronenſis mihi reddidit. Laudo tuā iſtuc
pfectionē:mō ſalutis habeas rationē. Audio.n. iſtic laborari peſtilētia. Itaq; ratio tibi hēnda ē ua-
litudinis. Et uetus mihi eſt & ſumma amicitia cū uiro clariſſimo Bernardo iuſtiniano Leonardi fi
lio:cui te debes familiarē reddere. Is.n. tibi nō paꝝ pdeſſe poterit:id qđ uel ſuo ingenio uel mea
cā nō iuitus faciet. Marcheſiū noſtrū bene ualere cupio. Angela ſoror tua ad chriſtianam reſurrectionē tra-



detur uiro cui diſponſata iam eſt. Saluere plurimum cupio atq; opto Phœbum cancellarium:qui facito ne
te ignoret. Eſt.n. & honeſtus uir:& mihi amicus in primis. Itaq; tibi auxilio erit maxime. Vale. ex Mediola-
no. v. Cal. Apriles. Mcccclvii. ¶ Franciſcus Philelphus Paulo cuſano. S.D.

DElector igenio modeſtiaq; tua:q̄ in ſcribēdo uteris. Facile.n. futuꝝ ſpero:ut expectatiōi pr̄is tui
uiri grauiſſimi rn̄deas:qppe q in uirū ſis ꝓbū pdoctūq; euaſurus. Quod aūt me tātope laudaris
binis iā lr̄is tuis: id nō tā uero q̄ abūdātia quadā amoris erga me tui factum intelligo. Itaq; hēo ti
bi nō mediocrē gr̄am. Orōnes meas q̄s petis plures apud me nō ſūt. hoſpitanr̄.n. apud amicos
aliæ apud alios. Cū primū domū reuerterit dabo opam ad te ueniāt. Quæ āt domi erāt miſi tibi. Siqd eſt in
me aliud:quo tuæ uoluntati gratificaturus ſim:id tibi ꝓ uoluntate adeſſe arbitrare. Vale. ex Mediolāo. viii.
Cal. Apri. Mcccclvii. ¶ Franciſcus philelphus Gabrieli ex ordine minoꝝ theologo. S.D.

FRatris Roberthi cōterranei ſociiq; tui orōnē quā de fide & doctria xp̄iana pdocte hēt & ele ganter
ad populū: delectat me ſane plurimū. Eſt.n. grauiſſimis ſentētiis uerbiſq; ornatiſſimis referta: &
plāe talis: q̄ ab eruditiſſimo eloq̄ntiſſimoq; theologo ꝑfcā iudicet̄. Nec ē ꝑfecto qđ i ea q̄cq̄ de-
ſyderādū eē uideat̄ pter id unū qđ ad actionē ꝓnūciationēq; attinet. Eſt.n. & uox & uultus: & toti⁹ corporis
geſt⁹ ad rē ipſam:q̄ de rō hētur:accōmodādus. Id āt Roberthus nō oio ſemp attēdit:ut i ꝓxima:quā uulgo
uos appellatis pdicatiōe:ē.n. homelia & collocutio q̄dā reꝝ pceptorūq; diuinoꝝ ad populū:ut i ꝓxia inq̄ ꝓ
dicatiōe:q̄ nudiuſterti⁹ ab eo ē hita:Nā cū uerba uēturi iudicis xp̄i orādo repſentabat:qb⁹ electi in meritorū
mūificētiſſimū pmiū cæleſti ac ſēpiterna gloria donabūt̄:id uoce flebili:quā lætitiæ plenaꝫ eē oportebat:&
uultu triſti:i quo reqrebat̄ hilaritas:& guſtu minie amœno aut feſtiuo:doctiſſim⁹ theolog⁹ faciebat. Cū nā
ipa nos mōeat nō ars ſolū:qd i huiuſmōi reb⁹ tenēdū:qd obſeruādū ſit. Eodē ēt pacto cū uellet in mediū re-
ferre & pinde q̄ſi res agerer̄:dicēdo exprimere ſūmi iudici latā ſniaꝫ in iprobos:& dānatos:id uoce admodū
flebili ac uultu cōmiſerabili faciebat:cū par eēt tñ uultū oñdi uel ſeuerū uel minacē:tū uocē ad terrēdū accō
modatā. pterea cū tēpeſtiue ſæpe ac recte fletu & cōmiſeratiōe utit̄:ē ipa in re multus ac diuti⁹ q̄ conueniat:
adeo ut audiētiū aures ſimul cū aīs q̄nq; offēdāt̄. Nā totū id breue eē oportet. Vt.n. prudētiſſime iqt Cice.
Nihil citius lachryma areſcit. Reliq̄ uero oia i iſtio theologo ita ꝓbo:ut nihil ad laudis cumuluꝫ putē poſſe
accedere. Vale Medio. ex ædib⁹ nr̄is. iiii. cal. apri. Mcccclvii. ¶ Frā. phi. Nicolao arcimboldo iuriſcō. S.D.

NOn potui nō ſubridere:cū legi tuas lr̄as:qb⁹ facile ſū admōitus:qđ iāpridē re pſpicua itellexerā:ni
hil hūana i uita pfectū eē. Ego nihil meū eē unq̄ ſtatui:qđ amicis meis ac pſerti tibi cōe eſſe nollē.
Video aliā tibi eē cōſuetudinē:ut iqt Cice. cuiq; ſua uxor:& mihi mea. Nūq̄ me tamē pœnitebat
mei iſtituti. Tuis mihi libris op⁹ nō ē. Nā ſatis mihi librorū ē in meipo q̄tū alteri huiuſce tēpeſta
tis cuiq̄. Itaq; tibi hēas libros tuos:quoꝝ tātope idiges. At ego meos qb⁹ maxime oium abūdo:tibi ſp uolo
cōmunis eē. Tū iteri q̄ rectiſſime feceris. ſi Ioānē iacobū parmenſem caſtigaueris:taleq; reddideris:ut graui
tate ſapiētiaq; tua nō oio idignus exiſtimet̄. Eſt.n. iudicio meo nō mō ſtultus ꝓcacitate ſua:ſed etiā fatuus
id quod eminentia ſtuporq; oculorum perfacile declarat. Ioannem Ambroſium in Ioannem iacobum mu
tare non parum intereſt in petulantē ſobrium. Vale. Mediolani ex ædibus noſtris. vi. Cal. maias. Mcccclvii.
¶ Franciſcus Philelphus Ioanni medico. S.D.

QVos reconciliata iter nos gr̄a carminū libros ultro dare ad te iſtituerā:dedi ēt nos libētius acce-
ptis lr̄is tuis:qbus ſignificabas tibi mea ſcripta eē nō iniucūda. Nec uolo exiſtimes hucuſq; nr̄a
munuſcula calcē ſiſtere:Nā ꝓpediē alia ſubnectā. iteri ita me diliget:ut itelligā meā recōciliatā be
niuolētiā tibi eē nō igratā. Vale. ex Medio. iiii. Kal. maias. Mcccclvii. ¶ Frā. phi. Antonio bechariæ. S.D.

BAldus martyrellus & tibi iāpridē & mihi ut ē phumanus:& liberalis admodū familiaris: dicit acce
piſſe a te lr̄as:qb⁹ ſcripſeris ad ſe meū tibi plutarchi codicē τὰ τῶν ἑλλήνων τε καὶ ῥωμαίων πα
ράλληλα cōtinētē ueniſſe. Quod ego audiēs nō tā ſtomachatus ſū:q̄ mirat⁹. Nā quē ego uirū
bonū & grauē ſemp exiſtimaui:induci uix poſſū ut credā ea te ſcribere. q̄ refelli plane uериſſimeq;
poſſunt. Quod ſi ea ioco ſcripſiſti. iocare ſane ut libet. modus iocus tuus amicitiæ nr̄æ detrimētū nō afferat
Nā neq; amicū fallere:neq; falli ab eo ueli. Itaq; facito me ſi libet hac de re q̄primū certiorē. Tibiq; perſuade
me nullo pacto induci poſſe:ut ſim iſto codice charitutus. Vale. ex Mediolano nonis maiis. Mcccclvii.
¶ Frāciſcus Philelphus Petro medici. S.D.

DVos Hippocratis libros alterū de flatibus alteꝝ de paſſionib⁹ corporis:quos iāpridē a græco uer-
timus in latinum:iccirco dedi ad te:ut uel curares:uel tuereris ualitudinē tuā:Nā ꝓ recōcili ata i-
ter nos gratia te nō mediocriter diligo:id quod ſane facit:ut tibi cupiā eē q̄optime. Lege igit̄ ho-
ſce libros:& eoꝝ pceptis utere. Quod ſi feceris:ſicuti ꝓ tua prudētia facturꝫ te certe ſcio:nō dubito
fore ut indies melius cōualeſcas. Fuit.n. Hippocrates uir nō mō doctus & eruditus egregie:ſed qđ eruditio
nis eſt proprium prudētiſſimus & idē ſi qd ad rē ualet eloquētiſſimus. Vale. ex Mediolāo. xiii. kalē. Iunias.
Mcccclvii. ¶ Franciſcus philelphus Nicolao canali patritio ueneto. S.D.

QVid abs te uelim & cuius gratia ex iis intelliges:quæ poſt has litteras uel potius in his litteris ſcri-
pta intelliges. Feceris āt mihi rē admodū gratā:te āt nō indignā:ſi me q̄primū feceris de hiis oīb⁹
priis pecuniis ſimul atq; creatus es ſummus põtifex:continuo decreuiſti.Quid hac tua animi benignitate:
quid hac munificẽtia:quid:hoc locupletiſſimo paternæ erga me charitatis teſtimonio aut honorabili⁹ mi
hi aut ꝓcioſius duci debet:Quod autem uerbo decreuiſti.id etiam re prõ dedie meffectum reddidiſti. itaq;
ſim plane obnoxius ingratitudini:ſi te tãta mãſuetudine:tanta humanitate:tanta beneficentia patrem mi
nus in dies magis magiſq; inſtar numinis obſeruabo:colã:uenerabor:id quod neq; deſtiti antehac facere ne
q; deſiſtã unq̃:mõ intellexero:qua tibi re magis ſim gratificaturus:Nã quod meopte ingenio ipſe aſſequor
id neque occulte:neque diſſimulãter præ me fero.Quare tuæ beatitudinis munus erit:ut quod gratius tibi
gratitudinis genus fuerit:mihi imperes.Tuum enim omne imperium immortalis beneficii loco ducam.
Ego autem quod ad rem meam attinet:nihil eſt aliud:quod a tua ſanctitate petam: q̃ quod ipſe tu ſponte
iuſſiſti:quo tẽpore Mantuæ nuper publico chriſtianæ cõſultationis aduerſus turcos officio te cõtinebas:de
dit mihi tuo nomine ex cõſtituta pecunia grauiſſimus iureconſult⁹ Gregorius lollius aureos ducẽtos:ſub
diditq; futurũ:ut reliqui centum aurei mihi ſoluerentur ad anni illius exitum.Id autem actum eſt ãno a na
tali chriſtiano milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo nono circiter nonas octobres Præteriit ann⁹
ille:& itẽ alter:agimuſq; iam tertium.Interea uero temporis iccirco nihil petii:quod iportũior iudicari nol
lem:& ſi mihi ſemper pecunia opus eſt:Nullũ enim apud me locũ habet auaritia: Aut liberalitatem ample
ctor ſtudioſius:aut ſiquãdo fortaſſe fuerit a medio declinandũ: difficillimum enim eſt circuli punctũ aſſe
qui:in prodigalitatẽ labor quæ eo eſt q̃ auaritia dignior uenia:quo minus diſtat a laude.Itaque altitudinis
animi tui fuerit iubere:ut ea mihi pecunia hoc eſt ducati trecenti in præſentia numerent:quod ut facias te
etiam atq; etiam rogo:oro:obſecro:Nam his eſt mihi uæhementer opus. Vale pater beatiſſime.Ex medio
lano.Kal.februariis.Mcccclx.

¶ Franciſcus philelphus Iſidoro cardinali rutheno.S.D.

REdditæ mihi ſũt pr̃ clæmẽtiſſime tuæ ãplitudinis lr̃æ:qs mea ſũma cũ uoluptate lectitaui. Erãt
n.ꝓhũane ac plane indices tuæ erga me charitatis.Ac facis tu qdẽ ꝓbenigne:ut eũ plurimũ dili-
gas q dignationẽ tuã mirifice ueneraſ.Quod ãt ad rẽ tuã attinet:qs ſũmi põtificis breues lr̃as ad
me dederas una cũ tuis:reddidi accurate ꝓ iuſſu tuo Iacobo turrio mutinẽſi epo:qs ille ut primũ
legit:miti uultu & hilari facie reſpõdit ſe tibi pẽſionẽ quã petis:nunq̃ deſtitiſſe ſoluere:cũ debebat.Nũc ãt ꝓ
ter amorẽ & obſeruantiã aliud tibi debere nihil:Nã ex quo tpe corcyrienſi archiepiſcopatu donat⁹ es a põ
tifice Pio ſe omnino liberatũ eſſe omni penſionis honere:quam tibi antea debuiſſet.Collatũ enim eſſe per
contribulationem archiepiſcopatus illius plus duplo:quã ex ea penſione acciperes:& ita ſe mantuæ nuper
pontifici maximo reſpondiſſe.Addiditque ſe quoniam ita uis:paratum eſſe de iure tibi reſpondere: ob eã-
q; rem daturum q̃ primum litteras ad ſanctiſſimũ dominum noſtrũ curaturũq;: ut antonius beltrandus in

teconſultus qui pro duce Borſio oratorem gerit in Rōana curia:hac oēm cām ꝓ curatorio noīe pro ſe agat.
Et hac de re ſatis. Eſt mihi pf hūaniſſime tua opa uæhemēter opus. Nā cū eſſem ex urbe Mātua anno iā ſecū
do rediturus Mediolanum uir grauiſſimus Gregorius lollius ſecretarius & affinis ſummi pōtificis dedit mi-
hi eius beatitudinis nomine aureos ducentos:ſubdiditq́ꝫ futuꝝ:ut reliqui centum qui deerant ad plenā ſo-
lutionem anni unius ac dimidii:mihi numerarenť ad anni illius exitum. Sūmus eīim pōtifex cum primū
in eo ſolio cōſtitutus ē:cōtinuo mihi nō mō nō petenti:ſed ne cogitanti quidē cōſtituit annuatim aureos du
cenos. Itaq́ꝫ & abiit ille annus & itē alter uniuerſus:iāq́ꝫ agiť tertius:cū interea tēporis nihil eſt a me petitum.
Sūt igiť una cū hac de re epiſtola alteræ itē meæ hac de re lřæ ad. S.D.N. qb⁹ peto eos trecētos aureos ꝓ ſo
lutiōe unius ac dimidii anni. Quare tuæ hūanitatis fuerit ita opam dare:ne ulla ex pte deſyderatur⁹ uideat
ſtudiū tuū: Eſt.n. mihi puella nubilis: Cuius rei gřa factū ē:ut ante hāc diē nihil pecūiarū petierim: perinde at
q́ꝫ tutius res oīs mea pecuniaria ſeruareť in ærario pontificis pientiſſimi Pii q̄ apud ipſū me q nummis par-
cere nunq̄ didici: Nunc uero is utendū eſt:non abutenduꝫ. Vale. ex medio. pridie idus februarias. Mcccclxi.

℄ Franciſcus Philelphus Ciccho calabro ſecretario. S.D.

Multorū infinitū eſſe numerū in ſacris litteris ſcriptum legimus. Quæ quidem ſentētia & ſi mihi
nūq̄ dubitanda eſt uiſa: quippe quæ ex ore ſapientiſſimi uiri: ſiue Iheſus Syrachi filius: ſiue is ali⁹
fuerit: emanaſſe perhibeť: eā tamē unius Petri candidi huius noſtri decēbris lřæ plurimum cōfir
marunt: qui modeſtiſſime a me ꝑbenigneq́ꝫ admonitus: ut ea corrigeret: q̄ in eulogio quod pro inclyta ſan-
ctiſſimaq́ꝫ fœmina Lucia magnanimi principis noſtri matre tanto labore elucubrarat: incautius fortaſſis er
raſſet: ſe talem eſſe intrinſecus oſtendit: qualis apparet extrinſecus. Itaq́ꝫ non abſurde ii ſenſiſſe iudicandi ſūt
qui dixerunt monſtrum in corpore monſtrum in aīo. Quis humani ingenii paulo peritior: cū oculos Petri
candidi faciemq́ꝫ inſpexerit non iſtiuſmodi hominem expreſſum quoddam ac perſpicuum inuidentiæ ſimu
lacrum exiſtimabit: Et apte profecto & erudite poeta ille deſcripſit inuidiā cum ita cecinit. Pallor in ore ſe-
det macies in corpore toto. Nuſq̄ recta acies: liuent rubigine dentes. Pectora felle uirēt: lingua ē ſuffuſa ue-
neno. Riſus abeſt: niſi quem niſi fecere dolores. Nec fruitur ſomno uigilantibus excita curis. Sed uidet igra
tos. intabeſcitq́ꝫ uidendo: Succeſſus hominum carpitq́ꝫ: & capitur una. Videſne mi ciccheq̄ pulchre Oudi-
naſo candidū decembrē effinxerit? Idque tandiu antea: q̄ ſcire poſſet futurum aliquando Petrum candidū:
neſcio quem. Et nos increduli non ſatis mirari poſſumus ſolere poetas bonos diuinitus afflari uenturaq́ꝫ ꝓ-
dicere. Conuerte obſecro: in leucum ipſum corporis oculos: atq́ꝫ mentis lumina: intuere colorem muſtelli-
num: intuere macilentiam. Quæ quidem duo non ob optimarum artium ſtudio: a quo uæhementer eum
abhorrere ipſarum rerum docet inſcitia: ſed ab immani quadam animi ægritudine manare neceſſe eſt. Nam
dirus & efferatus oculorum intuitus prodigioſiſſimi monſtri cuiuſpiam ē ſimillimus. Et ne oīa ſigillatim ꝓ
ſequar: quid eius lingua uenenoſius: quid fœtulentius quid abhominabilius: Itaq́ꝫ recte dū uiros honeſtos:
atque doctos carpit maledicendo: ipſe interius carpitur liuoris aculeis: fitque plane tabidus. Nam ut elegan
ter monet Ariſtoteles ο φθονοσ εσικαριςον εχε δε τι καλον εν αυ τω τηκει γαρ φθονερον ...
κακωσ ζην. Inuidentia inquit eſt qd peſſimū: ſed habet qddā in ſe bonū: Nā oculos corq́ꝫ inuidoꝝ facit i-
tabeſcere. Verum qd miremur eum hominem inuidentiæ uerberibus cruciari: q ſit unus omnium ſuperbiſ
ſimus. Quod flagitii genus ſiquis fortaſſis ignorat: ſuſcipiat hominis ceruicem erectam ſemper ac rigidaꝫ
& obſtipam camelli inſtar. Nam ipſa uis lexque naturæ ex huiuſmodi etiam habitu ceruicis ſuperbuꝫ nobis
oſtentat. Quare cum Auguſtus Cæſar Clau. Tiberium qui innatam diramque ſuperbiā ceruice huiuſmo-
di ſignificaret: excuſandum uellet: dicere ſolitus traditur: id illi natura eſſe non more: quaſi quæ natura in-
ſunt uitia æquius cenſeri oporteat: q̄ quæ fuerint moribus comparata. Et Euſebius Iheronymus uir doctiſ
ſimus idemque ſanctiſſimus de ſe loquens in epiſtola ad Hiſpanum Abigauꝫ ita ſcribit. Nihil ita a pueritia
uitare conatus ſum quā tumentem animum & erectam ceruicem Dei contra ſe odia prouocantem. Norat
enim uir ſapientiſſimus dixiſſe humani generis redemptorem cuꝫ adhuc eſſet in uiuis: diſcite a me quia mi-
tis ſum & humilis corde. At elatio candidana arrogantiſſimaque ſuperbia cum ad naturæ uitiū moꝝ quoq́ꝫ
flagitium addidiſſet: nulla ne minima quidem iniuria laceſſitus: ita in me inuæhitur: ut in eos omnis cōſue
uit ſemper: quos ſui diſſimillimos norit. Exiſtimat enim homo ſtultiſſimus ſe hac uia apud indoctam multi-
tudinem nominis quippiam uenaturum qđ cū uiris præſtantibus quaſi cū paribus de laude certamen ineat
tanq̄ nominis claritudo uel in eorum ſit teſtimonia: quibus oīa fere cū pecudibus ſūt cōia: uel maledicendo
potius q̄ ꝑ bonas actiones cōpareť. Quāobrē ne cui ſit obſcurū: qđ tibi ē luce clarius: rē ipſam ut habet pau
cis exponam. Cum multi adoleſcentes & alii nōnulli iuuētutis numero epigrammata ſcripſiſſent in laudes
clariſſimæ uirginis Luciæ Sphortianæ libuit etiam candido ſeni huic noſtro: cui candidi nihil eſt præter ca-
niciem: deſcendere cum eiuſmodi ætate in aciem: ſcripſitque eulogium uerſibus quattuordecim: & cum eo
unam de te epiſtolam: qua grauiſſimus quidam Cato reliquos qui ante ſe ſcripſerant: repræhendens: ſolum
ſe dignum inſinuabat: cuius uerſus habereť in precio. Fuerunt qui mihi carmen illud legerent non legendū
traderent: ut alia quoq́ꝫ cæterorum omnia. Ego autem & audiui perhumaniter & lōge magis q̄ par eēt: mo-
re meo carmen laudaui. Addidiq́ꝫ pro iuſti uiri officio & id quidem modeſtiſſimis uerbis: tria tamē eſſe emē
danda unum ex eorum præceptione: qui grammatici dicuntur: alterum geographorum hiſtoricorumue:
tertiū uero philoſophorum. nam neque mærorem & fletum in fortem & ingenti animo uiꝝ cadere. Neque
principem noſtrum Franciſcum Sphortiam: qui Mediolanenſium ſit ducem ligurum recte appellari. Naꝫ
urbem Mediolanū non in liguribus: ſed in iſubribus ſitā eē ab iſubribus heduis. Nec abſtine cum ſit ſecūde
nō tertiæ cōiugationis: hře ultimā ſyllabā breuē: nec ulla ꝓpria rōe corripi poſſe huiuſmodi ſillabam ſiue ea



uerba ſecundæ cōiugationis duarū ſint ſyllabaruꝫ: ſiue etiā plurimū. Natura.n. id fieri ac ui ꝓpria nō nume
ro ſyllabaꝝ. Sic.n. īcipit cādidanū epigrāma. Nate pſis quōdā lux unica: gloria mſis. Te ꝓcor a lachymis:
abſtine nate pſis. Quæ qdē tria errata cū eēnt a me notata: id qđ i cæteris quoq́ꝫ epigrāmatis: ubi op⁹ fuerat:
antea fecerā: ſubdit qſpiā e circūſtātib⁹ tuis ſcribis: at Petr⁹ cādidus carmē hoc ædidit: tūc ego: bene res habet
inq̄ admonēdus ē cādidus: hæc ut corrigat. Nā i reliqs id mihi ſatis ꝓbať. Res ita geſta ē mi Ciccheːut audiſ
id qđ ex oībus tuis ducalibus ſcribis potes intelligere. At nō tulit candidus: ut eſt inſolēti arrogātia honeſtā
admonitionē: ſed cōtinuo epiſtolā ad te dedi: q̄ ita diceret. Dñs Philhelcus cuꝫ meos uerſus legiſſet: deinde
ad ſuos uertiſſet oculū ranaꝝ in morē coaxantes: ſtatim turbatus ē. Audis atticam eloquantiā Cicche diſer
tiſſime q̄ eleganti initio rem agrediť. Reſpōdeať igiť candido: & ſi erat philelpho honeſtius nihil oīo reſpon
dere ineptiſſimo nebuloni: habereq́ꝫ dignitatis ſuæ potius grauitatiſq́ꝫ rationē: q̄ cuiuſpiā cōuitioſæ iniuriæ
ꝑſertim cū nō ſit neſci⁹ magni eſſe animi huiuſmōi iniurias obliuiſci ac pro nihilo ducere. Sed gerēdus moſ
fuit Cicche: ut ſcis: amicorum quorundā uoluntatis magis q̄ ulli meo inſtituto. Appellat me pro philelpho
pygoſtolus candidus philelcum hoc eſt hulceris ſtudioſum & ſui quidem hulceris ſtudioſum appellat: nec
illi⁹ ſane corporalis hulceris: cui⁹ tumore ac putreſcenti ſcateſcentia nō min⁹ torq̄tur aſſidue q̄ ſtrāguriæ quā
græci noīant decoriatæq́ꝫ ueſicæ pedumq́ꝫ ac laterum acerbiſſimis doloribus: ſed animalis inq̄ hulceris: quo
præ ſuperbiæ inuidentiæq́ꝫ uulneribus & dies cruciatur & noctis. Sum inq̄ ſtudioſus ſtultitiæ tuæ & imma-
nitatis cādide mi Pygoſtele: & ea ratione duſtioſus iſtiuſmōi hulcerū tuoꝝ: ut uix aliud quicq̄ magis cupiaꝫ
hoc tēpore: q̄ te aliquādo reſipiſcere ad ſanitatēq́ꝫ redire. Sed quid male de te meriti ſunt ducales ſcribæ mo-
deſti ſane & egregii adoleſcentes. qđ eos ranas coaxātes appellas? Nā ꝑter ſcribas alius aderat nemo. Diciſ āt
me turbatū. Et recte id quidē: ſi cōmiſerationē dicas turbationē. Nō.n. ita erā ab humanitatis officio alien⁹:
ut nō cōmiſereſcērē tui: q dū uelles hēri doctiſſimos: oī indocto homine te inferiorē oſtēderes. At q̄ apte de-
fendis erratū tuū. Argumentaris idē licere tibi in abſtine. qđ ꝓpertio & aliis licuit in caue & uide: q̄ cū ſint
ut ipſe affirmat: ſcđæ cōiugatiōis correpta tn̄ in ultima ſyllaba reperiunť. Quod ſi Donatuꝫ: ſi Seruiū: ſi Pri
ſcianū: ſi alios latinæ linguæ probatiſſimos auctores diſcere uoluiſſes: intelligeres eiuſmodi uerba nō eē ſe-
cūdæ coniugationis: ſed tertiæ: cum habent e ultimā ſyllabā correptā in mō imperatiuo. Verum tu gloriari
ſoles: qđ nullo ſis unquā doctore uſus: Quod certe unū: cū cætera mentiaris: uerilſſimū eſſe puto. Nā qđ aiſ
Propertiū eē lōge Philelpho doctiorē id aliorū eruditiſſimorū hoīum nō tuo qui nihil ſani ſapis: iudicio re-
linquať. Vnū philelph⁹ audet affirmare uel inſaniēte cādido neminē eē hac tēpeſtate nec fuiſſe unq̄ apđ la
tinos: q̄tū cōſtet ex oī hoīum memoria q ꝑter ſe unū: idē unus tenuerit exercueritq́ꝫ & græcā pariter & latinā
orationē in oī dicēdi genere & proſa & uerſu. Tu ſi quē habes alterū: memora. Quid taces homo miſerrime?
ſubdis deinde licuiſſe tibi uti Amphimacro: ut Virgilio: cum ait Ferreique eumenidum thalami quod lice-
bat in ferrei non licere in abſtine: neceſſitatis lex iubet: nam ſimplex ē tene: quod ſine uitio in uerſu pentame
tro poni pōt: mō ponať ante: poterat ꝑterea diuidi abſtine: ut i ꝑrapidū & inuicem & hactenus & in aliis cō-
poſitis obſeruatū a poetis uidemus. Sed alia eſt rō: quam ipſe ignoras Leuce ferrei ſpondeus eſt non amphi
macer: Nā dictio ē byſſillaba per ſynereſin. e. & .i. duaꝝ ſyllabaꝝ & in ſyllabam unam: ne & furias Atacis ol
lei. Et talibus Ilionei dictis. Rurſuſq́ꝫ i eodē libro. Fit ſtrepitus tectis: uoceſq́ꝫ per ampla uolutant Atria depē
dent lychni laq̄aribus aureis. Mærorē & flætu quos ipſos inuictiſſimo ſplendidiſſimoq́ꝫ principi nřo iſanus
homo tribuerat: non cadere i uirum fortem ſatis concedit. Candidus: ut eſt docticulus: cum nihil reſpōdet.
Ignorat enim philoſophos homo philoſomatus. Nec mihi qſpiam rerum grauiorum ignarus ea abiecerit:
quæ a Virgilio in ſexto æneidos ſcripta ſunt: Nox Ruit Aeneas: non flendo ducimus horas. Scimus.n. eo
loco Aeneam aliud nihil ſignificare quā ſenſitiuū appetitum. qui nobis eſt cum pecudib⁹ cōmunis ob idq́ꝫ
illum a Sybilla: quæ ratio eſt: tempeſtiue caſtigatum. Nam quod ad naturæ & pietatis affectū attinet: id ge-
mitu ac lachrymis non mærore & eiulatu proſequendum ſapientes uolunt. De duce ligurum & inſubrium
addit ſe ſcripturum ad te poſtea: oſtenſurumq́ꝫ mediolanum: quod & ab inſubrib⁹ heduis: ut modo dicebā:
conditum ſit & in Italiæ inſubribus: ſitum eſſe in liguria & id quidem auctoritate Plutarchi Solini & Liuii:
ſubiicitq́ꝫ duo ad poſtremum: me nondum iuiſſe cœnam de epiſcopo hectore: & erratum a me eſſe i Sphor
tiade in quantitate ſillabæ: cū cecini: Sed nec ita Frā. aduc: Nam prima ſecundi pedis ſyllabam quæ naturali
ter ſit breuis: eſſe a me productam. O lepidum caput. Neſcit.n. candidus eadem ratione licuiſſe mihi produ
cere ſyllabā ultimā i ita: ſeq̄nte muta cū liq̄da: q̄ licuit & Virgilio & Homero. legat tertium uerſuꝫ iliados ad
principium πολλασ διφθιμουσ ψυχασ αιδι προιαψεν ηρωων. Legat apud eundē poetam cū pau
lo poſt tam uæhementius illius iræ tāq́ꝫ ꝑnirioſæ quā propoſuerat: cauſam narraturus aggreditur: εξ ου δη
τα πρωτα διαςτητην εριδ αντε ατρειδησ τε αναξ ανδρων και διοσ αχιλλευσ τισ τ αρ σφωε θε
ων εριδι ξυνεηκε μαχεσθαι. At græca q notic leuc⁹: q latia nō tenet. Legať ēt Virgi. in buc. Aſpice cōne
xum nutātē pōdere mūdū: Terraſq́ꝫ tractuſq́ꝫ maris cœlūq́ꝫ ꝓfundū. & idē i geor. Subit ardua ſylua lappæ-
q́ꝫ tribuliq́ꝫ iterq́ꝫ uirētia culta iſœlix loliū. Quē uero cœnā ſōniet cādidus: nō itelligo. Scribit.n. pygoſtolus i
calce lřaꝝ: Nōdū licuit cœnā Philelcus de eꝑo Hectore: illud āt ſcio & dixiſſe me iterdū & ſcripſiſſe. Idē pſæ
ꝑe ſignificare eꝑm apđ græcos qđ regē apud latinos & Hectora apud Homeꝝ appellari eꝑm. Præterea qđ
candidus negat poni epiſcopū pro Angelo: & Angelū eundē eſſe apud chriſtianos quem gentiles uocabant
Sed nūc paucis reſpondeamus epiſtolæ ultimæ: quam de ligurē duce nř Leucus ad te tandem ſcribit: Reie-
ctis Liuio Plutarcho: & Solino quos hēt aduerſos & tāq̄ ꝑuaricatores: tris adducit ignorantiæ ſuæ teſtes Frā
ciſcū petrarchā: Antoniū luſcū: & Coluciū ſalutatū quos cū iunioris debuiſſet: nouioris appellat: uerbū ſane
& inuſitatū & ineptū. Vtinā uoluiſſet cādidus ita illoꝝ illuſtriū uiroꝝ benedicta ut errata imitari. Non ſatis

erat ſe argui Inſcitiæ:niſi optimos illos uiros ſecum traxiſſet in culpã: At uideat qui nos uocat indoctos:ſtrabonem geographum candidus.uideat uir doctiſſimus Claudium ptholemæum coſmographũ. Videat plinium noſtrum libro tertio naturalis hiſtoriæ. Videat polibium:qui libro ſecundo ſuarum hyſtoriarum docet gallos ethruſcis expulſis eam regionem quæ eſt circa padum:occupauiſſe:atq; gallorum omniũ primos lauos & lebetios ea loca tenuiſſe:quæ iacent ad padi ortus. Poſt hos autem inſubres quæ gens erat maxima inter gallos:ſecutos eſſe. Et in ſubribus urbem omnium primã eſſe Mediolanũ ab illis conditam. At poſt inſubres ſecutos cœnomanos. Ex altera autem parte padi campos qui ſunt circa appenninum ananes incoluiſſe. Et poſt ananes conſediſſe boios. Et poſt hos deinde ad hadriam legiões. Vltimos uero ſenones eos cãpos habitaſſe:qui mari adiacent. Et hæc mi Cicche de arrogantiſſimi candidi noſtri perulcaci ignorantia ſatis nunc ſuperq;. Quid enim memorem:quot q̃taq; errauerit homo barbarus in grammatica: quod eo magis miror:quod decebat hominem librarium uel ex ipſa excribendi conſuetudine ſine ullis doctoribus peritiam aſſecutum præcepta litterarum atq; latinitatis pulcherrime callere. Sed dum diſcit maledicere:dediſcit bene ſcribere. Vale mediolani ex ædibus noſtris.v.Cal.martias.Mcccclxi.

¶ Franciſcus philelphus Thomæ thebaldo equiti aurato.S.D.

VT tibi gratulor uæhementer:quod ſecundis uſus fortunæ flatibus:te in portum quietũ iſtũ tranquillumq; recepiſti:ita mihi non poſſum non dolere plurimũ: quod per habitionem amiciſſimi hois ea ſum priuatus cõſuetudine:q̃ dulcius ducere nihil poterã. Quis.n.te uno prudẽtior: quis humanior:quis amicitiæ obſeruantior:Quare non poſſum nõ moleſte ferre:q̃d tua careo p̃ſentia:cuius cõſilium graue ẽ ꝓbitas ſingularis eloq̃ntia admirãda. Vt hãc tñ ægritudinem meã ferã modice:ea uincor rõe q̃d amicus amãdus ẽ pp ſeipſum nullis ẽt noſtris cõmodis:præſertim quod amicoꝝ etiã cõmoda nobis cuꝫ illis cõia ſunt ducenda. Quare nõ tibi mõ:ſed mihi quoq; gratulor ipſi:quod apud eum principem uitã tibi agendaꝫ delegeris:cuius ſummæ diuinæq; uirtutes tot tantæq; ſunt:ut uniuerſam non mõ italiam: ſed etiã europam in admiratione ſui cõuerterint. Quem enim inuenias in omni probitatis & excellentiæ genere quẽ præſtantiſſimo duci Borſio anteponas:Reliquum eſt:ut quã mutuam nõ animoꝝ: ſed corporũ præſentiaꝫ locorum aufert interuallũ:eam crebritas inter nos litteraꝝ aſſidue repræſentet. Hoc autem cum facillimum eſt futurum:tum utriq; noſtrum iucundiſſimum. Vale.ex Mediolano.iii.Kal.martias. Mcccclxi.

¶ Franciſcus philelphus Thomæ ſenecæ.S.D.

CVm iuuenis q̃ſpiã tuas mihi litteras unas reddidiſſet:eſſetq; pollicitus ſe apud me cœnaturꝰ:naꝫ eũ tua cã inuitarã:nõ mõ apud me nõ cœnauit:ſed ne abiens quidẽ quicq̃ mihi locutus eſt:imitatus is certe ipſum te:qui cũ maxime adeſſe debes:nuſq̃ appares:ſed euaneſcis repẽte ex amicorũ oculis. Itaq; nihil potui ad ea tibi reſpondere:quæ ſcripſeras. Significabas enim byrrhyã tuũ neſcio:quem dimiſiſſe apud me tuos codices duos. Solinum & innominatũ alterum. Qui id tibi perſuaſit: aut ſopniabat aut te ſopniantem captauit:Nam neq; ipſe apud me unq̃ fuit ſine te:neq; libros reliquit ullos. Quare ſi poſt hac ſaniore conſilio uſus fueris:utilius conſules tuis rebꝰ. Scripſeras etiam de tua re uxoria: id quod antea & audieram:& non admodum ſum miratus:quod egregius quidam ab ineunte adoleſcentia mulierum amator iam uir ſeptuagenius aut aliquanto grandior tandem uxorius factus eſſes:& ita uir uxurius:ut ꝓpediem pater futurus diceceris. Te autem non intelligo:quod ſcribas te inde ab initio pœnituiſſe rei tam iucũdæ: tã ſanctæ:tã laudabilis. Neſcio quid tua ſibi uelit oratio:niſi fortaſſe dubitaris te ex alieno labore futurꝰ patrem quaſi non tibi carius eſſe debeat bonum alieno labore partum q̃ nec tuo nec alieno. Fac igit̃ te intelligã: Nã tua illa oratio monſtri aliquid alere uidet̃: Quid enim aliud opiner:cum te tam ſubito ab uxore abdicaueris:Et hac de re ſatis. Venit ad te bertholla noſter:ex quo intelliges:qua mihi in re tua opera opus ẽ. Tu fac omnia mea cauſa:ut conſueſti ſemp & amice & diligẽter. Tu diu hic multũq; expectatꝰ es fruſtra. Feciſti autem more tuo:ut ſemper tibi deterius proſpicias. Vale. Ex Mediolano.iiii.idus martias. Mcccclxi.

¶ Frãciſcus philelphus Iheronymo caſtello philoſopho ac medico.S.D.

QVi tibi reddidit meas lr̃as:q mihi in re tua ſit opus opa:corã uerbis meis exponet. Scio quanti me facis:& q̃ tibi carus ſum. Itaq; non eẽ opus itelligo:ut te aut rogẽ hoiem amiciſſimũ:aut horter uirũ diligentiſſimũ:& optimũ: Quod ſi dederis opam ne fruſtra in te ſpem p̃cipuã collocarim:immortali me afficies beneficio. Vale. Ex mediolano.iiii.idus martias. Mcccclxi.

¶ Franciſcus philelphus Lodouico caſellæ.S.D.

SIngularẽ tuã erga me beniuolentiã multis tuis ꝑmagniſq; officiis ſũ expertus. Meus ãt i te aĩus q̃lis ſit:q̃liſq; ſemp fuerit:ea tibi eẽ debet certiſſima cõiectura:q̃d es de me ſæpe meritus q̃optie. Quo fit:ut oĩbus meis i rebus non ſecus te utendũ exiſtimẽ:quã & amiciſſimo & optĩo uiro. Itaq; tuũ ẽ ut bñficiũ beneficio cumules:tibiq; pſuadeas eũ mihi aĩum eẽ:ut ſi minus referre:hr̃e tamẽ gratiã nõ minꝰ poſſim quam uelim:nec minorem agam:q̃ debeam. Vale. Ex Mediolano quarto idus Martias. Mcccclxi.

FINIS

¶ Expliciunt Epiſtolæ Franciſci philelphi in quibꝰ continẽt.xvi.Libri. Magna cum diligentia maximoq; ſtudio Venetiis impræſſæ per Ioannem de Cereto alias Tacuinum de Tridino: Anno ab incarnatione domini. MCCCCXCVIII. die uero.xx.menſis ſeptembris Regnante Inclyto Domino Auguſtino Barbadico Sereniſſimo Venetiarum Principe.

Regiſtrum huius operis

a
Prima alba
Franciſci philelphi
menta ſunt arma:
reuerteram in italiã:

bat ad priſtinã
Acced in tam
lelphusns in latini s
conſona interpretã di
ſentia ob

c philelp hꝰ
Franciſcus erunt.
fuit:interemplur:is
quod longe s
inuicẽ utente

d
Imiteris retractauit
triginta:cum ſeſtertiũ
ratiſſime cõmẽdato
pati ſolum:ſed

e
Nihil dicens:q̃d
nui & pecunioſiſſimi
oium difficultatibus
qd miramur ita

f
Poſteaq̃ impia ex
centeſimo heleſponto
deinde ſeleucia
gibus & ſocios

g
Xenophon filius
tuleris:& id q̃dem
uel munificentiſſimus
cognoſceres. Intelligeres

h
nibus. Quid abs te
Nã ut cæteri ipſe
pietatem eundum
Nihil in hanc diem.

i
ſed q̃ptimum ad me
plures tibi pluresq;
potius fuit:q̃
Dedi lr̃as heri

k
optimeq; ingrere
angelos ipſos &
inauditæ clæmentiæ
bore ac prudentia

l
huic amico meo
eſſe ita imperare
netæ iuuentutem in
meipſo contentus

FINIS.

# Catullus una cũ commentariis Eruditi Viri Palladii Fuſci Patauini.

SEreniſſime ac excellentiſſime Prĩceps: & Illuſtriſſimum dominium ſupplicatˀ ueſtræ ſublimitati noĩe fideliſſimi ſubditi Palladii Fuſci patauini. Vt cum idem Palladius non ſine maximo ſtudio ac labore nuper cõmentatus ſit Catullum poetam latinum: & opus eximium fecerit: Ipſumq; ad cõmunem ſtudioſoꝝ utilitatẽ imprimi uelit. Eadem ſublimitas ueſtra ei clementer concedere dignetur. Nequis præter Ioãnem Tacuinum huic negocio deputatum: ſupradictum opus in terris Illuſtriſſime Do. V. intra decẽnium imprimere: aut in alienis terris impreſſum uendere poſſit: uti pleriſq; aliis dignata eſt concedere. ſub pœna contrafaciẽtibus amittẽdi libros: & decem pro uno quoq; libro aureolos. Sic ut tertiæ mulctæ pars ſit accuſatoris. Tertia domus Pietatis: & tertia pro damno eiuſdẽ Io annis: Qui præfatæ ſublimitati ueſtræ humiliter ſe commendat.

Quod Supraſcripto ſupplicanti concedaturˀ ut petit.
Marinus Leonus Conſi.
Andreas Gabriel Conſi.
Antonius Tronus Conſi.
Ioannes Franciſcus Bragadenus Caput loco Conſiliarii.

## PALLDIVS FVSCVS IVVENI CLARISSIMO LAVRENTIO BRAGADENO PATRITIO VENETO FELICITATEM.

n Vper ab amicis exoratus Laurẽti Iuuenis optime & in noſtris ſtudiis eminẽtiſſime ut cõmẽtarios quos in Catullũ pridem ſcripſi: iã emitterẽ: diu multũq; cogitaui: cui eos potiſſimũ decarem. Verum cũ mihi multi occurrerẽt: qui hoc munere quãtulumcunq; ſit: digniſſimi uiderẽt: nemo tamen oblatˀ eſt: qui te dignior uiſus ſit. Meminerã. n. te noſtras litterulas ſemper plurimi feciſſe: ex quo ꝓſtantiæ tuæ me meaq; omnia libentiſſime dedicaui: ut ego quoq; iis annumerarer: qui te ob generis ſplendorẽ eximiãq; eruditionẽ admirati: amant: colũt: & uenerãtur. Occurrebat præterea alium neminẽ Catulli poetæ proculdubio elegantiſſimi lectiõe adeo delectari. Vt qui ĩ hoc ſcribẽdi genere eũ unum ſecutus carminis argutia atq; lepore ipſum nobis mirifice effingas. Sed laudes tuas tunc pro ingenii mei mediocritate recenſere deſtinaui: cum alios quos in Plinii Iunioris epiſtolas ſcribere cœpi: cõmentarios tibi perfecero. Interea hos per leges ita tamen ut in ipſis priuſq̃ impreſſoribus tradantur: ſi quid deeſſe uiſum fuerit: id continuo addas: ſin ſupereſſe detrahas: nec minus audacter deleas: ſi quid perperam uel ſomniculoſe a nobis dicatur: ut tua diligentia quam etiam rebus minimis adhibere ſoles. in manus hoĩum q̃ emendatiſſimi ueniant. Vale. Patriæ ornamentum.

Viri clariſſimi Donati Ciualelli in Palladii Fuſci Cõmentarios Endecaſyllabon.

Si quis per tenebras Catullianas
Securos cupit explicare greſſus:
Hic mox Palladium meum ſequatur
Claras lampadas & faces ferentem
Non ſic ſemita claruit per orbem
Quærenti cereri abditam rapinam:
Vt docti tenebræ nitent Catulli
Claras Palladio faces ferente.

u Alerius Catullus quem ob eximiam eruditionẽ poſteriores poetæ doctũ appellarũt: Verõæ natus:ut Euſebius ſcribit in tẽporibus circiter cẽteſimam ſeptuageſimam olympiadẽ mortuus ẽ anno uitæ.xxx.nõ ſine magna rei litterariæ iactura. Quippe ſi longioris ætatis beneficio uſus eſſet:& plura & meliora haud pa℞ poſteris profutura proculdubio ſcribere potuiſſet uoluiſſetq;. Valeriũ aũt ipſius patrem. C. Iulio Cæſari gratiſſimũ fuiſſe indicat his uerbis Suetonius: Valeriũ Catullũ a quo ſibi uerſiculis de mamurra perpetua ſtigmata impoſita nõ diſſimulauerat ſatiſfaciẽtem eadẽ die adhibuit cœnæ:hoſpitioq; patris eis ſicut conſueuerat:uti pſeuerauit. Hæc ille. Sed Catullus amicos cõplures habuit.& in iis Veranniũ Fabullũ Caluũ Furium & Aurelium quorum ad omnẽ occaſionẽ perlibenter mentionem facit. Reuerentiſſime uero coluit. M. Tulliũ & Cornelium Nepotem:cui etiã opus ſuum dedicauit. Sunt tamen qui mallint Cornelio Gallo. Quod nimime pbamus:is.n.nondũ tanti erat:ut ipſius nomini libri ab auctoribus dicarẽtur. Amauit hic noſter Clodiam quam ipſe habita ueneratione quaſi ad ingenium Sapph9 alludẽs leſbiam appellat. Hãc autem animi moderationem ut ueris nominibus parcerẽt:cæteri quoq; ſunt ſecuti. Tycidas.n.ut Apulei9 teſtatur pro metella ſcripſit perillam. Propertius pro Hoſtia cynthiam: Tibullus pro plania deliam:& quidem. C. Lucullus q̃q̃ iambicus fuerit improbatur quod gentium & macedonem ueris nominibus proſtituerit. Sed ego ad Catullum redeo:qui a nõnullis ueterum inter iambicos annumeratus ut poſteris declararet:q̃ uarium q̃ multiplex q̃q; flexibile ingenium habuiſſet non contentus ſcripſiſſe Epigrãmata. Elegias quoq; & heroica conſcripſit. Neq; illis repugnamus imo eo℞ accedimus ſentẽtiæ qui hunc multo plura q̃ hic habeantur ſcripſiſſe dictitant. Sed quæ tempo℞ iniuria & nr̃orum maio℞ negligentia prorſus perierint. uerum cum omnia ſcripta ſua in unũ opus contraxiſſet. Illudq; iã emiſſurus eſſet a deploratione mortui paſſerculi qui in delitiis Clodiæ erat paſſerem appellauit. Neq; eni illorum ſequimur opinionem:qui hanc uocem occultiorem quendam intellectum habere cõtendũt.

Euſebi9 in temporibus
Sueto. i Cæſare
Opus a Catullo Corneſlo nepoti dicatũ
Quam amauerit catullus
apulei9
Catull9 Iãbicis an numeratus
Liber a Catullo Paſſer inſcriptus

## PALLADIVS AD LECTOREM.

e r Pigramma quod genus poematis a nobis dici poteſt inſcriptio latinis magis q̃ græcis familiar fuiſſe comperio. Quippe cũ apud illos pauci uix ſingulis epigrãmatis claruerint:apd̃ nos uero multi non exiguos epigrãmaton libros ſcripſerint ut Marſus:pedo:Getulicus:Catull9 Lucanus: Auſonius:ac etiam Cæſar Auguſtus. Quo℞ poſt Catullum hic enim uerbo℞ tũ elegantia ſuauitateq;:tum lepore & eruditione cæteros longe exceſſit:maxime laudatur Valerius Martialis Epigrammatis autem licet lex ea ſit:ut nudis prope uerbis iocandi:cauillandi:deridendiq; licentia laſciuiat:nõnunq̃ tamẽ laudat.atq; ad aliquid agendum quod peractũ laudẽ ſit allatu℞:eũ ipm̃:ad quẽ ſcribitur uehementer hortatur. Hoc.n.a ſatyris differunt:qui ſcribunt epigrammata. Quod illi uitia tantum acrius carpunt:hii etiam honeſta laudant:& nos ad uirtutem amplexandã plerũq; adhortãtur Præterea ſatyra℞ ſcriptores aſpera oratione & uerbo℞ copia:hii leni nonnunq̃ breuiq; ſermone fere ſemper utuntur:ſed de hoc ſatis:iam Catullum interpretari incipiamus.



### Valerii Catulli Veronenſis poetæ clariſſimi ad Corneliũ nepoté epigrãma.

q Voi dono lepidum nouum
libellum
q Arido modo pumice expo-
litum
Corneli? tibi: nãq; tu ſolebas.
Meas eſſe aliquid putare nugas:
Iam tum quum auſus es unus italorum
Omne æuum tribus explicare chartis
Doctis iuppiter: & laborioſis:
Quare habe hoc tibi quicquid eſt libelli:
Qualecunq; quod o patrona uirgo:
Plus uno maneat perenne ſæclo:

### Fletus Paſſeris leſbiæ.

p Aſſer delitiæ meæ puellæ
Quicũ ludere:quẽ in ſinu tenere.
Cui primum digitum dare appetenti

q VOI DONO. Verſus eſt endecaſyllabus. Idẽ phalecius ab inuentore dictus conſtat ſpondeo dactilo & tribus trocheis. Catullus hoc primo epigrammate alloquitur Corneliũ Nepoté:cui opus ſuũ dedicat ſimulq; optat ut muſa fauente opus ipſum plus uno duret ſæculo. ℭ Quoi:caſus eſt datiui:de quo in primo inſtitutionũ ita ſcribit Quintilianus. Illud nunc melius quod cui tribus quas propoſui litteris enotamus:in quo pueris nobis ad pinguem ſane ſonũ quoi utebãtur tãtũ ut ab illo qui diſtingueret. ℭ Lepidũ:uerborũ acumine uenuſtum ℭ Nouũ.nuper cõpoſitũ. ℭ Arido.aridũ ut Nonius aſſerit dicitur ſiccũ:& eſt propriũ pumicis epithetõ. Plaut9 in aulularia. Quid negocii ſit rogas pumex nõ æque aridus atq; hic eſt ſenex. ℭ Pumice expolitũ ꝓ oli ẽt ut nunc pumices leuigãdis libris adhiberentur:præter poetas indicat etiã Pli. his quidẽ uerbis. Sed ii pumices qui ſunt i uſũ corporũ leuigando℞ fœminis iam quidẽ & uiris atq; ut ait Catullus libris laudatiſſimi ſunt in melo ſcyroq; & Aeoliis iſulis. ℭ Corneli: fuerunt eodẽ tẽpore plures hoc noie uiri illuſtres & quo℞ auctores meminerũt: Cornelius phagita:cuius nocturnas inſidias Cæſar æger ac latens ne pduceret ad Scyllã:uix premio dato euaſerat. Cornelius Cinna:qui pridie q̃ idẽ Cæſar occideret de eo grauiter concionatus erat. Cornelius balbus eiuſdẽ Cæſaris in bello ciuili legatus opiiq; collega. Cornelius Gallus quãuis aliquãto iunior qui elegia℞ poeta ab Auguſto Aegypto pfectus cũ i ſuſpitionẽ ueniſſet ꝙ cõtra principẽ cõiuraſſet propria manu ſe interfecit.& Cornelius Nepos padi ut Plinius inquit accola:q ſcriptis editiſq; aliquot uolumnibus diui Auguſti pricipatu obiit. Hũc proculdubio alloquit Catullus. ℭ Nãq; tu ſolebas:ratio dedicatiõis. ℭ Putare nugas:poetæ cũ ſuos uerſ9 extẽuare uolũt eos uel luſus uel nugas uocãt. Martialis. Qui meruit nugas primus habere meas:& alibi a Valerião polio petes quito:per quẽ perire nõ licet meis nugis. ℭ Iã tũ:ex quo ſcilicet tu unus Italorum auſus es explicare omne æuum tribus carthis hoc eſt memorias uirorum illuſtrium ſcriptis tuis comprehendere. Qd̃ autem de temporibus ſcripſerit nepos teſtatur Gellius libro.xvi.noctium atticarũ. ℭ Vnus:ſolus. ℭ Oẽ æuum:oẽ tempus præteritum orſus enim idẽ Cornelius ab urbis uel ut alii uolunt orbis primordio uiros omnes memoria dignos breui libello complexus erat. Dictum eſt autem æuum ut placet Varroni ab ætate omnium annorum:& ab eo æuiternum quod factum ẽ æternum. ℭ Iuppiter:exclamatio emiſſa p admirationẽ. ℭ Doctis:ad ſenſa. ℭ Laborioſis:ad uerba: ſtuduerat n. Nepos breuitati ſimul & eruditiõi. ℭ Quare habe:cõcluſio. ℭ Quicq̃d eſt libelli:qcq̃d ad magnitudinẽ. ℭ Sicut:qualecũq; ad bonitatẽ. ℭ Patrona uirgo. Muſam iuocat uel melpomenẽ uel taliã uel quancunq; aliam. Muſæ enim ſunt patrõæ poetarum eorũq; carmina aduerſus omnes iniurias ſollicite defendũt. ℭ Maneat:penne duret. ℭ Plus uno ſæclo:plus centum annis.ad id autẽ alludit Catullus ꝙ malorum poetarum carmina non diu leguntur. Quidam non muſam ut nos ſed dianã intelligunt:quæ ut Horatius aperte indicat ſæculo præerat una cum Apolline. Alii palladem quã dicũt ideo a Catullo iuocari:quia eius ut Liuius oſtendit:eſt numerus. Nonnulli pro patrona leſbiam accipiunt. Sed quonam modo ad leſbiam apoſtrophat. Cum ſerio Nepotem alloquatur. Cæterum põtanus ſcriba regius uir impenſe doctus & qui Romæ profitentur uerba mutantes uerſum hunc ita ſcribunt qualecunq; per ora quod uirorum.

Quintilianus
Aridũ
Nonius
Plautus
Plinius
Plures eodẽ tpe cornelii
Martialis
Gellius
Aeuũ
M. Varro

p ASSER DELITIAE. Verſus ẽ ei9 generis cui9 ſuperior. Catull9 hic amoꝛ ide ira æſtuãs ꝙ ab amica excluſus foret:paſſerem alloquitur demiratus tum eius luſus:tum uoluptatem quã ex eo irritando leſbia capiebat. Quare inquit ſi cum hic ardor qui nunc me tenet quieſcat:ego itẽ ut puella ſolet tecum ludere ludendoq; curas animi leuare poſſem:tam gratũ mihi tuũ eẽt beneficium quam gratum ferunt fuiſſe malum aureũ Atalantæ puellæ quod ab Hippomene in curſus certamine iactum ut aſſequeretur: pudicitiæ famam cõtempſit:& patris ſpreuit impetium. ℭ Delitiæ:oblectamenta. uirgilius. Formoſum paſtor Corydõ ardebat alexin Delitias domini. ℭ Qui cum:cum quo. ℭ Primum digitũ primam digiti partem.

Delitiæ Virgil.

¶Et acris ſolet incitare morſus. acriter mordentem irritare. ¶Cũ deſiderio meo nitẽti. huius & duorum qui ſubſequunt̃ uerſuũ. Sẽſus & ordo eſt. Cũ libet meo deſiderio nitenti iocari neſcio quid carum & ſolatiolũ ſui doloris. appellat aũt amicã deſideriũ. quæ mærore aliquo affecta ſi cũ paſſere luderet: eius luſibus exhilarabatur. Dixit aũt iocari pro ludere. ¶Vt cũ grauis acquieſcat ardor. credo inquit ut ſi poſſem ludere tecum. Sicut ipſa & ludendo leuare curas animi: cum grauis ardor acquieſcat: tam gratum eſt mihi & reliqua. ¶Grauis ardor: moleſtus ignis. ¶Curas: ſolicitudines. ¶Eſt: pro eẽt tem

αὐτη- κρόνια pus ꝓ tpe. αυτηκρόνια. ¶Pernici. ueloci: acriter
currenti: ut pote quæ cũ procis curſu certabat. Fa
Fabula bula ãt talis ẽ. Ex ſcheno ciuitate fuit uirgo Atalã
ta curſu ꝑpotens ſic ut ſpõſos ꝓuocatos & uictos
occideret. Poſtea hippomenes uenerem ut ſibi ad-
eſſet rogauit: a qua cũ accepiſſet de horto heſperi-
dum uel damaſceno cypri agro tria mala aurea
puellã ꝓuocauit. Et ſingula cæpit iacere. Tũ atalã
ta cupidine colligendoꝝ maloꝝ retenta ſupata eſt
Sed hippomenes potitus uictoria in luco Matris
deum Amoris impatientia cũ uicta cõcubuit. un
de irata dea i leones eos mutauit & currui ſuo ſub
didit. ¶Aureolũ. amat hic poeta iſerere ſuis uerſi
bus nomina diminutiua: quia hæc ad aurẽ legen-
tis dulcius ſonant. ¶Quod zonã ſoluit diu ligatã
quod malũ cauſa fuit: ut Atalãta uirginitatẽ amit
teret. ¶Soluit. diæreſis. nam niſi ſoluit triſyllabũ
Zona fit uerſus ſtare non poteſt. ¶Zonam cingulum
quod ex lana ouis fiebat: eo uirginalis uenter præ
Verrius cingebatur. ue ꝝ cum puella nupſiſſet: illud prima
nocte uir i lecto ſoluebat. Verrius eſt auctor. Qui
dam uero ꝓ tecũ legunt ſecum: & pro ipſa legunt
ipſe. quæ lectio ſi placet dicendum eſt Catullũ nõ
cum paſſere ſed cũ leſbia ludere exoptaſſe.

VGETE O VENERES. Verſus ẽ en-
decaſyllabus. Poeta in gratiã leſbiæ ami-
cæ ſuæ paſſeris cui⁹ luſus antea laudauit
mirifice deflet interitum. ¶Lugete. luctu dolorẽ
indicate. ¶Veneres cupidineſq;. Antiqui non ſo
Statius lum ueneres ſed cupidines quoq; plures eſſe cre-
diderunt. Vnde Statius in primo ſyluarũ ſic ait.
Hic puer e turba uolucrũ cui plurim⁹ ignis. ¶Et
quãtũ eſt hominũ uenuſtioꝝ. quicquid lætũ inqt
& elegans eſt lugeat. ¶Quẽ plus illa oculis ſuis
amabat: poſuit oculos pro precioſiſſima corporis
Plinius parte: ut qui lucis uſu teſte Plinio uitã a morte di-
ſtinguãt. & quia quãto res precioſior eſt: tanto no
Plautus bis charior eſt: ideo plaut⁹ oculiſſimũ dixit ꝓ chariſ
ſimo. ¶Mellit⁹. dulcis uel ſuauis a melle. ¶Suã-
q; norat ipſam: expone tu dñam. laudat aũt per
tranſitũ paſſeris ipſius ingeniũ. ¶Ad. pro apud.
Verg. Sic uirgili⁹. Tu ne ille æneas? quem dardanio An
chiſe Alma uenus phrygii genuit ſimoentis ad un
Pipo dam. ¶Vſq;. ſemper. ¶Pipillabat. a pipo uenit pipillo frequentatiuum. Eſt aũt pipere minorũ pul
lorum uocẽ emittere. ¶Redire quẽq;. cõmunis ſententia neminẽ ab inferis reuerti. ¶At uobis male
ſit. irritat⁹ poeta morte paſſeris male imprecat̃ tenebris inferni. ¶Deuoratis. in mortẽ trahitis. ¶Tã
bellũ mihi paſſerẽ abſtuliſtis. tam pulchrã mihi auiculã ademiſtis. quæ merito pulchritudinis ſuæ lon
giori uita digna erat. ¶Tua. emẽdo uřa. ut hoc referat̃ ad tenebras inferni. & ſit ſenſus. uřo hoc ma-
lo facinore ocelli meæ puellæ rubent. ¶Turgiduli. tumiduli qđ ſolet euenire in longiore fletu. hinc
Iuuena. eſt illud apud Iuuenalẽ. Cuius turbauit nitidos extinctus paſſer ocellos.
HASELLVS ILLE. Verſus eſt iambicus trimeter: Cui⁹ inuentor Archiloch⁹ ex ſex iambis
eũ primũ cõſtituit. Sed paulatim in cũctis ſedib⁹ ſecũda & ꝗrta exceptis ſpondeũ recepit. Hoc
epigrãmate Catullus laudat & primũ quidẽ a celeritate phaſellũ. Qui in paphlagonia ſumptib⁹ poe-
tæ ædificat⁹ eundẽ ſirmionẽ uſq; in patriã feliciter reportauerat. Carminis aũt gřa ex locoꝝ cõmemo
ratione plurimũ auget̃. ¶Phaſellus ille: phaſellus antiqs erat genus nauigii quod in utroq; genere

Et acris ſolet incitare morſus
Cum deſyderio meo nitenti
Charum neſcio quid libet iocari
Et ſolatiolum ſui doloris.
Credo ut cum grauis acquieſcat ardor
Tecum ludere: ſicut ipſa poſſem:
Et triſtis animi leuare curas:
Tam gratum eſt mihi: q̃ ferunt puellæ
Pernici aureolum fuiſſe malum:
Quod zonam ſoluit diu ligatam.

L Vgete o ueneres cupidineſq;:
Et quãtũ eſt hominũ uenuſtioꝝ:
Paſſer mortuus eſt meæ puellæ:
Quem plus illa oculis ſuis amabat.
Nam mellitus erat: ſuamq; norat
Ipſam tam bene q̃ puella matrem:
Nec ſeſe a gremio illius mouebat:
Sed circunſiliens modo huc modo illuc
Ad ſolam dominam uſq; pipillabat:
Qui nunc it per iter tenebricoſum
Illuc unde negant redire quẽquam.
At uobis male ſit malæ tenebræ
Orci: quæ omnia bella deuoratis:
Tam bellum mihi paſſerẽ abſtuliſtis:
O factum male. o miſelle paſſer
Veſtra nunc opera meæ puellæ
Flendo turgiduli rubẽt ocelli.

De phaſello

p Haſellus ille quem uidetis hoſpi
tes
Ait fuiſſe nauium celerrimũs

inuenit̃ frequẽtius tñ in maſculino. ¶Neq; neqſſe. potuiſſe. duæ enim negatiuæ faciũt unã affirma-
tiuã tres uero negatiue ꝓ una negatiua accipiunt̃. neq; eſt neceſſe in re manifeſta inculcare exẽpla.
¶Præterire. curſu uincere. ¶Palmulis. remis pars ꝓ toto. Plinius ſcribit lib. vii. hiſt. Nat. copas inue-
niſſe remũ: latitudinem uero eius quæ ꝓprie palmula dicit̃ plateas. ¶Opus foret: oporteret. ¶Linteo
uelo. ¶Negat negare. ait affirmare. ¶Adriatici. quod ãte adriacũ dicebat̃ ab Adria thuſcorũ urbe.
Pli. lib. iii. Nobili portu oppidi thuſcoꝝ Adriæ. a quo adriacũ antea mare appellatũ: quod nunc Adria
ticũ. ¶Cycladas. quas attigit Phaſellus inter na- Cyclades
uigandũ. Sunt aũt inſulæ in mari ægeo circa delũ
in orbẽ ſitæ: unde nomen traxerũt. ¶Rhodum.
Rhodus inſula eſt in mari lycio. cui ut Diodorus Rhod⁹
ait. Rhodos neptuni filia nomen dedit. ¶Nobilẽ ubi ſolis
ſcilicet ſolis coloſſo. quẽ fecerat chares lyndi⁹ liſip Coloſſ⁹
pi diſcipulus is. lxx. Cubitoꝝ fuiſſe dicit̃ tãtæ qdẽ Vnde
admirationis: ut ab eo Rhodii coloſſenſes ſint ap- Rhodii
pellati. ¶Horridã. Frigidã aut incolaꝝ feritate a- coloſſen
ſperã. ¶Thraciã. pars eſt europæ ad ſeptẽtrionẽ ſes ap-
olim in ſtrategeas. L. diuiſa cuius termini ſunt a ſe pellati
ptẽtrione iſter: ab ortu pontus: ac ꝓpontis: a meri- Thracia
die Aegeũ mare. In ea aũt præter alias celebratas in qua
ab Auctorib⁹ urbes eſt Bizantiũ. ubi nunc ſedes Bizãtiũ
habet thurcaꝝ imperator uiris eqs. & armis haud
dubie potentiſſimus. ¶Propontida. ſic habẽt exẽ
plaria. Ego aũt emẽdo ꝓpontidẽ. Nã ſi aliter legas
uerſus nõ ſtat cũ in ſecũda ſede nõ ponat̃ niſi iam
bus. Propontis aũt mare eſt iter helleſpõtũ & Boſ Propon
phorũ thraciũ. de quo Plinius. lib. iiii. ita differit. In tis
de expatiat̃ æquor: rurſuſq; in arctũ coit. laxitas ꝓ Plinius
pontis appellat̃. Anguſtiæ thracius boſphorus la-
titudine quingẽtoꝝ paſſuũ. qua darius xerxis pa-
ter copias ponte tranſuexit. ¶Ponticũ ſinũ. potũ Mella
euxinũ. quẽ ideo trucẽ uocat qa ut Mella pompo- pompo-
nius aſſerit breuis eſt atrox nebuloſus raris ſtatio- nius
nibus: nõ molli atq; harenoſo circũdatus littore ui
cinus aquilonib⁹. & qa nõ ꝓfundus eſt fluctuo-
ſus atq; feruens. ¶Vbi. in cuius ora. ¶Antea q̃
ædificaret̃. ¶Comata ſilua. frondoſæ arbores:
ex qbus phaſellus ipſe cõſtructus eſt: nõ eni una
arbor tñ materiæ hře potuit: ut ex ea ſola nauis Cytho-
fieret. ¶Cythorio in iugo. Cythor⁹ mons eſt pa rus
phlagoniæ olim buxo uirens de quo uirgilius. Et Virgi.
iuuat undantẽ buxo ſpectare cythorũ. & plinius. Plinius.
lib. xvi. Bux⁹ pyreneis ac cythoro mõte plurima

Neq; ullius natantis impetum trabis
Nequiſſe præterire: ſiue palmulis
Opus foret uolare ſiue linteo.
Et hoc negat minacis adriatici
Negare littus inſulaſue cycladas.
Rhodũq; nobilẽ horridãue thraciam
Propontidem trucẽue ponticũ ſinum.
Vbi iſte poſt phaſellus: antea fuit
Comata ſilua. nam cytorio in iugo
Loquente ſæpe ſibilum edidit comã.
Amaſtri pontica: & cytore buxifer
Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ait phaſellus. ultima ex origine
Tuo ſtetiſſe dicit in cacumine:
Tuo imbuiſſe palmulas in æquore.
Et inde tot per impotentia freta
Herum tuliſſe: leua ſiue dextera
Vocaret aura: ſiue utrunq; iuppiter
Simul ſecundus incidiſſet in pedem:
Neq; ulla uota littoralibus diis
Sibi eſſe facta: cum ueniret a mari
Nouiſſime hunc ad uſq; limpidũ lacum.
Sed hæc prius fuere: nunc recondita
Senet quiete: ſeq; dedicat tibi
Gemelle caſtor & gemelle caſtoris.

¶Amaſtri. Amaſtris ut ſcribit Strabo oppidum eſt in eadem paphlagonia ante ſiſamon appellatũ. Strabo
¶Cythore buxifer: qui buxo abũdas. ¶Hæc q̃ de celeritate ſua dixit phaſellus. ¶Vltima: ultima
dixit pro prima: ſic Quintilianus. Sed opus eſt modo ut neq; crebra ſint hæc nec manifeſta quia ni- Quinti-
hil eſt odioſius affectatione: nec utiq; ab ultimis etiam oblitterata temporibus: qualia ſũt topper & An lianus
tegerio. ¶Tuo æquore: põto euxino. ¶Imbuiſſe: madefeciſſe. Vergilius. Sæpe tener noſtris ab oui Imbue-
libus imbuet agnus. imbuet madefaciet aram ſcilicet ſuo ſanguine. ¶Inde: ex ponto. ¶Impotẽtia. tẽ re
peſtuoſa & quæ in una facie perſiſtere nequeunt. ¶Herum tuliſſe. Catullũ uexiſſe. ¶Leua ſiue dex- Virgi.
tera uocaret aura. Siue a dextera ſiue a ſiniſtra uẽtus flaret. ¶Siue utrũq; iuppiter ſimul ſecũdus in
cidiſſet in pedẽ: Siue uentus a pupi ueniẽs inter utrũq; pedem uelum impelleret. Eſt enim pes iter nau Pes
tica inſtrumenta pars ueli inferior uel potius funis. quo ipſum uelum foris aut trãſtris alligatur. Ver Virgi.
gilius. Omnes una fecere pedem. & Plinius. li. ii. iiſdem aũt uentis in contrariũ nauigatur prolatis pe Plinius
dibus. ut noctu plerunq; aduerſa uela concurrant. ¶Iuppiter. aer in quo quidem uẽtorum eſt regnũ
itaq; præcipua eorum ibi natura. ¶Littoralib⁹ diis. Glauco nereo & Melicertæ. quib⁹ templa in lit- Dii litto
toribus erigebãtur. Vergilius. Votaq; ſeruati ſoluẽt in littore nautæ Glauco panopeæq; & inoo me rales
licertæ. ¶Nouiſſime: ad poſtremũ. ¶Limpidũ. perſpicuũ. ¶Lacum. itelligit Benacum qui hodie Verg.
gardæ uocatus mintium amnem uergilii preconio iſignẽ tranſmittit. ¶Senet: ſeneſcẽs quieſcit. Pri Priſcia.
ſcianus ſeneſco inchoatiuũ eſt. Nã poſitiuũ eius ſeneo inuenit̃ in uſu. Actius in telepho. iam iã ſtupi
do theſſala ſõno pecora lãguẽt ſenẽtq;. ¶Gemelle caſtor, pollux. caſtorẽ & pollucẽ frẽs fuiſſe nemo
eſt uel ſemidoct⁹ q neſciat. Cur ãt iidẽ nautis olim ꝓfuiſſent. Diodor⁹ i qnto. & i. ii. Pli. plurib⁹ declarãt.

u

IVAMVS MEA LESBIA. Verſus eſt endecaſyllab⁹. Hortaẗ leſbiā Catullus: ut ipſa ſpretis ſenū ſuſurris ſecū idulgeat uoluptati memineritq; nullū unquā poſt obitū ad uitā reuocari. ℂ Viuamus: uiuere apud hunc & alios lætiores poetas idem eſt ꝙ genio indulgere. Martialis. Non eſt crede mihi ſapientis dicere uiuā. Sera nimis uita eſt craſtina: uiue hodie. & Virgilius pone merum & talos: pereat qui craſtina curat. Mors aurem uellens uiuite ait uenio. ℂ Rumores: ſuſurros cū eni leſbia ſenes quoſdā de ſua & Catulli libidine ſuſurrare cognouiſſet ipſa in amore refrixiſſe uidebatur. Q uare poeta eā hortaẗ: ut illos deſpiciat. ℂ Vni⁹ aſſis. Vili moneta ex ære ſcilicet: quippe decem aſſibus & nonnunquā ſexdeci denarius pmutebaẗ. Plinius lib. xxxiii. hiſt. natu. poſtea annibale urgente. Q . Fabio Maximo dictatore aſſes unciales facti: placuit q; denariū. xvi. aſſibus permutari. Quinariū octonis. Seſtertiū quaternis. ita reſpu. dimidiū lucrata eſt. In militari tamen ſtipendio ſemp denarius p x. aſſibus datus. ℂ Soles occidere & redire poſſūt Secundū uulgi opinionē. credunt enim uuglares ſolem mori cū tēdit ad occaſum & rurſus emergētē naſci. ℂ Breuis lux: uitæ diffinitio. ℂ Nox ē ppetua una dormiēda. Ouidius Stulte q̄d ē ſomnus gelidæ niſi mortis imago Lōga quieſcendi tēpora fata dabunt. ℂ Da mi baſia: hortatus amicā ad uoluptatē petit ab ea oſcula. ℂ Dein cū milia multa fecerimus conturbabimus illa. Senſus eſt ubi dederis mihi plurima baſia numero cuſtodito alia dabis eodē numero cōfuſo: ut ueꝝ numerū baſioꝝ ignoremus: aut ne quis per inuidiā nocere poſſit faſcinando. Negant enim quibus curæ fuit talia ſectari faſcinū habere uim nocendi. Si nomen uel numerus rei: cui per faſcinū exitiū paratur a ueneficis ignoretur.

Martialis · Virgili⁹ · As · Plinius · Vulgi opinio de ſole. · Ouidi⁹

f

LAVI DELITIAS. Verſus eſt eius generis. Cuius ſuperior. Rogat Flauiū ſodale: ut ſuos amores ſibi aperiat: quos ſe carmine celebraturū pollicetur. Veꝝ cū ad id Flauius tardus ſit: poeta hoc ideo accidere ſuſpicatur ꝙ ſcortū illud ſit inelegās atq; macilentū. ℂ Tuas delitias: tua oblectamēta. ℂ Illepidæ: ſine lepore ℂ Inelegantes: ſine ornatu. ℂ Scorti diligis ſcorta appellantur meretrices ꝙ ut pelliculæ ſubigantur omnia namque ex pellibus facta ſcorta uocantur. Auctor eſt Sex. Pompeius. ℂ Febriculoſi: macilēti quales ſunt qui febre laborant. ℂ Nā te nō uideas: ſenſus eſt: multa eē quæ indicant. Flauiū nō ſolum cubare. ℂ Sertis ac ſyrio fragrans oliuo: pro ſyrio oliuo nō amomū ut alii ſed malabathron accipio: de qua ita ſcribit Plinius dat & malabathrō ſyria arborē folio cōuoluto arido colore ex quo exprimitur oleum ad unguenta & Horatius in ſecundo carminum ad Pompeiū ſodalem. Cum quo morantem ſæpe diem mero fregi coronatus nitentes malabathro ſyria capillos. Hoc addimus quod ad rem hāc maxime facere uideẗ. Veteres ſcilicet ante coitū ungi ſolitos: quia uenerem unguentis ſtimulari facile credebant. Quod affirmat Apuleius his quidē uerbis uino pulcherrimo atq; copioſo memet madefeceram & unguento fragrantiſſimo proluuium ueneris ſuſcitaram. ℂ Peræque: ſimiliter. ℂ Attritus uehemēti flauii & ei⁹ ſcorti uolutatiōe. ℂ Argutatio: ſonoritas. Argutum enim præter breue & callidum ſignificat etiam ſonorum: unde eſt Argutatio pro ſonoritate ℂ Inambulatio: mobilitas: illis namq; coeuntibus lectus cum quodam ſtrepitu ambulare uidebatur ℂ Nec tu quid facias ineptiarum: ordo eſt cur tu nec pandas quid ineptiarum facias. ℂ Q uare quicquid habes: cōcluſio. ℂ Boni maliq;: honeſti uel ihoneſti ſcorti. Sic alibi: pueris bonis maliſq;: ℂ Ad cœlum lepido uocare uerſu. Volo inquit donare te atq; tuam amicam immortalitate.

Scorta · Sex. Pō peius · Plinius · Malabathros · Horati⁹ · Apuleius · Argutatio

Ad leſbiam.

u

Iuamus mea leſbia atq; amemus
Rumoreſq; ſenum ſeueriorum
Omnes unius æſtimemus aſſis
Soles occidere: & redire poſſunt:
Nobis cum ſemel occidit breuis lux
Nox eſt perpetua una dormienda.
Da mi baſia mille: deinde centum:
Dein mille altera: da ſecunda centum.
Dein uſq; altera mille: dein centum:
Dein cum milia multa fecerimus:
Conturbabimus illa ne ſciamus:
Aut ne quis malus inuidere poſſit:
Cum tantum ſciat eſſe baſiorum.

Ad Flauium.

f

Laui delitias tuas catullo
Ni ſint illepidæ: atq; inelegantes
Velles dicere: nec tacere poſſes:
Verum neſcio quid febriculoſi
Scorti diligis: hoc pudet fateri.
Nam te non uiduas iacere noctes
Nequicq; tacitum cubile clamat:
Sertiſq; ac ſyrio fragrans oliuo
Puluinuſq; peræque & hic & illic
Attritus: tremuliq; quaſſa lecti
Argutatio: inambulatioq;:
Nam ni præualet iſta: nil taceres:
Cur non tam latera exfututa pandas:
Nec tu quid facias ineptiarum:
Q uare quicquid habes boni maliq;
Dic nobis: uolo te ac tuos amores
Ad cœlum lepido uocare uerſu

Q VERIS Q VOT MIHI. Verſus eſt endecaſyllabus. Reſpondet Catullus amicæ de baſiis iterroganti. ℂ Lybiſſæ. Africa eſt tertia Orbis pars: quæ a græcis libya Appellata de ſe facit noīa libycus: libyſſus & libyſſinus. ℂ Laſſerpiciferis. ferētibus laſſerpiciū. Quod apio ſimile græci ſilphion uocant in cyrenaica prouincia repertū ferunt aūt natum imbre piceo repente madefacta tellure circa Heſperidum ortos ſyrtimq; maiorē annis ſeptē ante oppidum cyrenaꝝ uim uero illā per quatuor ſtadiorum ſpaciū inualuiſſe. ſuccus ei⁹ laſſer appellatus eſt magnificus in uſu medicamētiſq; & ad pondus argentei denarii penſus. auctor eſt plinius. ℂ Cyrenis. cyrenas a Batto conditas perhibent: quē Callimach⁹ dixit progenitorē ſuū fuiſſe. unde is ab Ouidio battiades eſt appellatus. ℂ Oraclum iouis inter æſtuoſi. templum ammonis proculdubio intelligit. quod celeberrimum ſi Plinio & aliis item auctoribus de eo ſcribentibus credimus. aberat a Cyrenis quadringentis milib⁹ paſſuum. ℂ Et batti ueteris ſacrum ſepulchrum. Battum cyrenis ſepultum fuiſſe indicat Catullus ſimul uaſtas harenas eſſe inter iouis ammonis oraculum & oppidum cyrenaꝝ. ℂ Aeſtuoſi. fluctus agentis. illis eni in locis ut Mella Pomponi⁹ eſt auctor rupes eſt auſtro ſacra. Quæ cū manu hominum attigitur: ille imodicus exurgit: harenaſq; q̄ſi maria agens ſic ſæuit ut fluctibus æquor. Scribit p̄terea Trogus Pompeius in primo hiſtoriarū: exercitum a Cambiſe rege perſarū ad ſpoliandū templum ammonis in africam miſſum tempeſtatibus & harenarū molibus oppreſſum interiiſſe. ℂ Furtiuos hoīum. amatores ut plurimū noctu uagantes accedunt ad amicas. Propertius. Me mediæ noctes me ſydera plena tuētur. Frigidaq; eoo me uidet aura gelu. ℂ Tā te baſia multa baſiare. q̄ multæ ſcilicet harenæ ſunt in Africa inter cyrenas & ammonis oraculum. aut q̄ multa ſydera ſunt i cœlo. ℂ Veſano. ob amoris incendiū furenti. ℂ Curioſi. curioſi ſunt: qui nimis anxie omnia pquirūt ea etiam quæ ad ipſos non pertinent. ℂ Faſcinare lingua. faſcinare eſt aliquo ueneficio nocere ut pote uerbis uel uiſu uel etiam tactu.

Libya · Laſſerpicium · Plinius · Cyrenæ · Mella Pomponius. · Rupes Auſtro Sacro · Trog⁹ Pōpei⁹ · Propertius. · Curioſi · Faſcinare

Ad leſbiam.

q

Veris quot mihi baſiationes
Tuæ leſbia: ſint ſatis ſuperq;
Q uam magnus numerus libyſſæ arenæ
Laſſerpiciferis iacet cyrenis
Oraclum iouis inter æſtuoſi:
Et Batti ueteris ſacrum ſepulchrum:
Aut q̄ ſydera multa cum tacet nox
Furtiuos hominum uident amores
Tam te baſia multa baſiare
Veſano ſatis & ſuper catullo eſt:
Q uæ nec pernumerare curioſi
Poſſint: nec mala faſcinare lingua:

Ad ſeipſum.

m

Iſer Catulle deſinas ineptire
Et quod uides piſſe perditum ducas
Fulſere quondam tibi candidi ſoles.
Cum uentitabas quo puella ducebat
Amata nobis: quantum amabitur nulla.
Ibi illa multa tum iocoſa fiebant
Q uæ tu uolebas nec puella nolebat
Fulſere uere candidi tibi ſoles:
Iā nunc illa non uult: tu quoq; impotēs es:
Nec quæ fugit ſectare: nec miſer uiue
Sed obſtinata mente perfer: obdura:
Vale puella: iam catullus obdurat:
Nec te requiret: nec rogabit inuitam
At tu dolebis cum rogaberis nulli
Sceleſta te ne? quæ tibi manet uita?
Q uis nunc te adibit? cui uideberis bella?
Q uem nunc amabis? cuius eſſe diceris?
Q uē baſiabis? cui labella mordebis
At tu Catulle deſtinatus obdura

ISER CATVLLE. Verſus eſt iambic⁹ trimeter. de quo antea dictum ē. Catullus cum nullo pacto amicam ſibi reconciliare poſſit: hortatur ſeipſum ad illam penitus deſerendam: ita tamē: ut doceat ſe de eius ſcelere poſtmodum pœnas ſumpturum. ℂ Ineptire. facere ieptias. inepti autem proprietatem luculenter declarat Cicero in libris de Oratore. ℂ Candidi ſoles. felices dies per quod oſtēdit ſe olim multum uoluptatis habuiſſe. ſcribit namq; Plutarchus periclem imperatorē cū uideret Athenieſes moræ perteſos ad præliū maxime ſpectare: nec eos a ſe facilè cōtineri poſſe: diuiſo in octo partes omni exercitu: rem ad ſortē traduxiſſe. ut cui parti alba faba obueniſſet: ei epulari atq; in ocio eē liceret. cæteris pugnātibus. Iccirco inquit idem Plutarchus dicitur poſteros cum uoluptatibus operam darent album illum diem ab alba faba nuncupare ſolitos. uel ad id alludit Catullus ꝙ maiores noſtri dies omnes lapillis notabant felices albis infelices nigris. cuius moris meminit Plinius lib. vii. hiſto. Natu. eumq; improbat. ℂ Ventitabas. frequenter ueniebas. ℂ Fulſere uere. recordatus præteritæ uoluptatis ait ſe uere felicē fuiſſe. ℂ Impotens. impatiens: uel indicat ſanguinem non ita ſibi feruere ut ante ℂ Obdura. fac te durum in leſbiam. cum illa contra te reſpuat. ℂ Vale puella. coactus neceſſitate exit in hæc uerba. ℂ At tu dolebis. iſultans futuris puellæ malis ait fore. ut ipſa a nullo amplius ametur.

Cicero · Plutarchus · Candidi dies · Plinius

ERANNI OMNIBVS. Verſus eſt endecaſyllabus. Nimio gaudio exultat Catullus: quia audiuit uerãniũ ſodalem ſuum: de quo alibi mentionẽ facit: ex hiſpania ad urbẽ ſaluũ rediiſſe. ¶ Antiſtes. caput ſiue princeps: ſunt qui legant antiſtans. Quæ lectio mihi nõ diſplicet. ¶ In

Donat⁹ columem: ſaluũ. Incolumes dicunt: qui ſunt citra calamitatẽ. Calamitas uero a ruſticis ut ait Donat⁹

Hiber⁹ dicitur grando. ꝙ cõminuat calamũ hoc eſt culmum & ſegetem. ¶ Hiberum. pro hiberorum. Hibe-

Plinius rus autẽ teſte Plinio fluuius eſt Hiſpaniæ citerioris. propter quẽ græci uniuerſam Hiſpaniã hiberiam & hiſpanos hiberos dixerunt. ¶ Vt mos eſt tuus. Verannius ubi ex aliqua prouincia domum redi- erat: Quæ ipſe uidiſſet: ea amicis narrare cõſueue- rat. ¶ Applicanſꝗ collum. collo innixus. ¶ Ocu

Plinius ꝺ oculis loſꝗ ſuauiabor. Plinius. li. xi. hos cum oſculamur animum ipſum uidemur attingere.

ARRVS ME MEVS. Verſus eſt En- decaſyllabus. Varr⁹ forte perduxerat Ca tullum ad meretriculam: quam ipſe tunc amabat: illa autem cum audiuiſſet poetã e Bythi- nia nuper eſſe reuerſum: continuo orauit: ut ſer- uos quos rumor erat eum in prouincia emiſſe: ſibi cõmodaret. at Catullus ut aliquid lucri in eadẽ by thinnia feciſſe uideretur: nõ negauit ſe ſeruos mer catum eſſe: ſed cum puella magis inſtaret non ſe ſed. C. Cinnam ſeruos habere dixit: & ita meretri- culæ eluſit petulantiam. ¶ Ad ſuos amores: ad ſu am amicam. ¶ Scortillum: paruum ſcortũ. Quid autem ſint ſcorta: iam diximus. ¶ Neꝗ illepidũ: leporis expers. ¶ Neꝗ inuenuſtum. neꝗ defor-

Bythinnia me. ¶ Varii: uariis de rebus. ¶ Iam bythinnia: q̃ ab elleſponto ad thracium Boſphrorum iuxta ꝓ- pontidem ſe protendit. ¶ Et quonam mihi pro- fuiſſet ære. Qua pecunia me iuuiſſet. Seruius rex

Plinius ut tradit Pli. pm⁹ æs ſignauit: ãte rudi uſos romæ tymeus eſt auctor. ſignatum eſt nota pecudũ un- de & pecunia appellata. ¶ Neꝗ ipſis: ſcilicet bythi nis. ¶ Nec cohorti: neꝗ familiæ & comitib⁹ ipſo-

Caput rum prætorum. ¶ Caput unctius: cenſum ditio-

Horati⁹ rem caput enim eſt uera ſumma quam uulgo ca- pitale appellamus: eadem ſors quoꝗ uocaẽ. Hora tius. Quinas hic capiti mercedes exigit. ¶ Præſer tim quibus eſſet irrumator prætor. poeta hoc in lo co taxat Memium prætorem qui in Bythiniã miſ ſus cum illuc ab urbe egregios iuuenes inter quos fuit etiam catullus: ſecum duxiſſet: eos irrumabat Rumam ueteres uocabant Mãmam a qua ruma-

Irrumaẽ re pro lactare dictum. unde & irrumare deductũ fœdæ ſignificationis uerbum ꝙ mentula in os al- terius quaſi ſugẽda immittatur. ¶ Nec faceret pi li cohortem. familiã uel comites negligeret. ¶ At certe tamen: loquitur ſcortum. ¶ Inquiũt illic na tum dicitur eſſe comparaſti ad lecticam homines. ordo & ſenſus eſt: inquiunt tamen te comparaſſe quod dicitur natum eſſe illic: homines ſcilicet ad le cticam. ¶ Beatiorem: magis beatum. ¶ Parare: cõpare. ſimplex uerbum pro cõpoſito. ¶ Rectos quia ſerui lecticã geſtantes recti incedebant. octo

Octophorꝝ. autem dixit alludens ad octophorum quod gen⁹ lecticæ octo hominũ ceruicib⁹ geſtabatur. ¶ Ve teris pedem grabati. annoſæ lecticæ ſuſtentaculũ. ¶ Cynediorem: procaciorem hoc eſt cynedicis ar tibus bene inſtructam.

## Ad Verannium.

Veranni omnibus e meis amicis
Antiſtes mihi milibus trecentis
Veniſti ne domũ ad tuos penates.
Fratreſꝗ unanimes: tuamꝗ matrem
Veniſti: o mihi nuncii beati.
Viſam te incolumem audiamꝗ iberum
Narrantem loca: facta: nationes:
Vt mos eſt tuus: applicanſꝗ collum
Iucundum os oculoſꝗ ſuauiabor:
O quantum eſt hominum beatiorum
Quid me lætius eſt: beatiuſue:

## De Varro.

Varrus me meus ad ſuos amores
Viſum duxerat e foro ocioſum
Scortillum: ut mihi tum repente uiſum eſt
Non ſane illepidum: neꝗ inuenuſtum.
Huc ut uenimus incidere nobis
Sermones uarii: in quibus quid eſſet
Iam bythinia: quomodo ſe haberet:
Et quonam mihi profuiſſet ære:
Reſpondi id quod erat nihil nec ipſis
Nec prætoribus eſſe nec cohorti
Cur quiſq̃ caput unctius referret:
Præſertim quibus eſſet irrumator
Prætor: nec faceret pili cohortem:
At certe tamen inquiunt: quod illic
Natum dicitur eſſe comparaſti
Ad lecticam homines. ego ut puellæ
Vnum me facerem beatiorem:
Nõ inq̃ mihi tam fuit maligne
Vt prouincia q̃ mala incidiſſet
Nõ poſſem octo homines parare rectos:
At mi nullus erat neꝗ hic neꝗ illic
Fractũ qui ueteris pedem grabati
In collo ſibi collocare poſſet
Hic illa ut decuit cinædiorem

Cõmodo mutuo. ¶ Cõmoda: cõmodantur quæ eadem reſtituunẽ: ut libri & ueſtes mutuãtur quæ non eadem reddũ- tur: ut pecunia triticũ & oleũ. ¶ Serapi. Serapis de⁹ erat Aegyptiorꝝ qui romæ etiã templum habuit.

Serapis Strabo. Quanta autem uirorum fœminarũꝗ laſciuia idem in Aegypto coleretur. Strabo indicat lib. ultimo geographiæ. ¶ Mane inquio: ne corripitur cũ natura longa ſit: quia ſequiẽ uocalis. ¶ Cinna ẽ caius ita eſt legendum: ſed tamen in dubium uenit hic ne fuerit cinna qui annis. ix. ut auctor eſt Quintilia- nus. Smyrna ſcripſit & emendauit. an alius eodem nomine. ¶ Is ſibi parauit: is emit ſibi ſeruos. ¶ In ſulſa: ſine ſale. ¶ Negligentem: in loquendo uel promittendo.

Quæſo inquit mihi mi catulle paulum
Iſtos cõmoda: nam uolo ad ſerapin
Deferri: mane inquio puellæ.
Iſtud quod modo dixeram me habere
Fugit me ratio: meus ſodalis
Cinna eſt Caius: is ſibi parauit.
Verꝝ utrum illius: an mei: quid ad me
Vtor tã bene: q̃ mihi paraſſem:
Sed tu inſulſa male & moleſta uiuis
Per quã non licet eſſe negligentem.

## Ad Furium & Aurelium.

Furi & aureli comites Catulli
Siue in extremos penetrabit in- dos
Longe ubi littus reſonante eoa
Tunditur unda.
Siue in hircanos: arabaſꝗ molles:
Seu ſacas: ſagittiferoſꝗ parthos:
Siue quæ ſeptemgeminus co lorat
Aequora nilus:
Siue trans altas gradietur alpes
Cæſaris uiſens monumenta magni
Gallicum rhenum: horribiles & ulti- moſꝗ britannos:
Omnia hæc quæcunꝗ feret uoluntas
Cælitum tentare ſimul parati
Pauca nunciate meæ puellæ
Non bona dicta:

FVRI ET AVRELI. Metrum eſt Ende caſyllabũ ſapphicũ: cuius inuẽtio Sappho puellæ aſſignatur pedes eius ſũt Troche us. Spondeus. Dactylus: & duo Trochei. Tres ãt uerſus ſunt æquales. Quartus uero quiſꝗ ex Da ctylo & Spõdeo cõſtat & Adonius uocaẽ. Poeta per Furiũ & Aureliũ quos fore ubiꝗ ſibi fidos cõ fidit: mittit amicæ ſuæ repudiũ: quia audiuit eã plu ribus ſui copiam facere. ¶ Comites Catulli: non qui eſtis: Sed qui eritis ſi ita opus ſit. Sic Dido apd̃

Virgili. Vergi. in quarto æneidos Quos ego ſum toties

Indi. iam dedignata maritos. ¶ Indos: ſunt indi ultimi aſiæ populi ad oriẽtẽ. quorꝝ regioni indus amnis nomen dedit. ¶ Longe ubi littus reſonãte eoa tũ ditur unda: ubi aquis oceani orientalis reſonanti

Hircani bus tellus uehementer pulſatur. ¶ Siue in hirca nos: hircani ſunt populi ad mare caſpiũ tygribus noti. Pli. lib. viii. Hiſto. natu. Tygrim hircani & i

Arabes di ferũt animal tremendæ uelocitatꝭ. ¶ Arabeſꝗ molles. Triplex eſt Arabia felix petrea & deſerta cuius incolæ a poetis molles dicunẽ: quoniã thu- re & aliis abundant odoribus: uel quia parꝝ uirilit loquunẽ: aut qd̃ eſt ueriſimilius: qm̃ ſunt ſub aere

Sacæ: clemẽtiore. ¶ Sacas: populi ſunt Aſiæ qui uergũt

Parthi ad ſeptẽtrionẽ. ¶ Parthos: ꝑthi medis uicini olim bella magna ex parte ſagittis conficiebant. Ideo a Catullo ſagittiferi dicuntur. ¶ Septemgeminus ſeptẽ hñs oſtia. nam licet plura ſint ut plinius de- monſtrat: ſeptẽ tñ tantũmodo celebranẽ. ¶ Colo rat. limo inficit expreſſit fluminis naturã. ¶ Gra-

Alpes dieẽ alpes. Alpes mõtes ſunt altiſſimi: qui ut Mel-

Mella põponius la Pomponius ait. a Genua liguriæ appido ĩchoã tes in thraciã uſꝗ penetrãt. ¶ Cæſaris uiſens mo numẽta magna. Quæ cæſar in gallia fecit: dum

Rhen⁹ aduerſus Barbaros bellum gerit. ¶ Gallicũ rhe- num. Rhenus fluuius eſt qui in alpibus ortus ex- onerat ſe in oceanum Britannicum galliã coma- tam a germania diſterminans: adiecit autem galli cum ad differentiam alterius Rheni qui Bononiẽ

Britãni ſem agrum irrigat. ¶ Horribiles ultimoſꝗ bri- tannos. Britannia inſularum maxima in oceano inter ſeptentrionem & occidentem ante Albion appellata eſt: cum omnes quæ ibi ſunt inſulæ britãniæ uocarẽtur ambitu colligit ut auctor eſt Diodo rus: quadraginta duo milia ſtadiorum. ea poſtea a Seuero principe acto euripo in duas partes diuiſa eſt. cuius incolæ ideo a Catullo horribiles dicuntur quia ipſi olim ſucco herbæ quæ glaſtum uocatur: Incertum ut Mella Põponius tradit: ob decorem an quid aliud corpora ſibi inficiebant. ¶ Et ultimoſ

Seruius ꝗ britãnos: lyrici ut ſcribit Seruius etiam incompoſitam partem orationis in duos nonnunq̃ diuidũt

Horati: uerſus. ſic Horatius. Neꝗ purpura ue nale neꝗ auro. ¶ Cælitum: deorum. ¶ Pauca nũciate. abuſus eſt pede ſecundo in loco: nam pro ſpondeo poſuit Trocheum. ¶ Non bona dicta: uerba minime pla citura.

¶Cum ſuis uiuat:uerba iraſcentis poetæ. ¶Va
leatq; mœchis:Græci appellãt mœchos:quos la-
tini adulteros. ¶Trecẽtos.numerus finitus pro
inf.nito. ¶Oium ilia rumpens.oẽs exhauriẽs ni-
mia paleſtra. ¶Qui illius culpa cecidit uelut pra-
ti ultimi flos. pulcherrima comparatio a flore ad
amorẽ poetæ. Qui amor læſus culpa puellæ elan
guit non aliter:q̃ flos, ubi ab aratro prætereunte
tractus eſt.

m ATRVCINE ASINI. Verſus ẽ ende-
caſyllabus. Monet matrucinũ Aſiniũ Aſi
nii Polliõis fratrẽ:q mappaꝝ fur erat:ut ſibi remit
tat linteũ qđ nuper in cõuiuio ſurripuit:uel trecen
tos expectet endecaſyllabos q in ipm ſcribentur.
¶Matrucine. Quidã eruditoꝝ legũt nõ Matruci
ne ſed inĩ cœnã quod mihi ualde placet. ¶Manu
ſiniſtra.dextram.ueſcendo occupata leua inuola-
bat. ¶Nõ belle.ergo male. ¶In ioco atq; uino.
dum ſocii iocantes bibũt. ¶Negligentioꝝ.qui ſi-
bi cauere neſciũt. ¶Hoc.ſurripe ſcilicet mappas.
¶Salſum eſſe putas.hoĩs ſalſi.i.faceti. Quid ſal-
Quinti lianus ſus ſignificet in.vi.exactiſſime docet Quitilian⁹.
¶Fugit te inepte:ſenſus eſt. Si putas hoc eſſe ſal-
ſum:non recte ſentis. ¶Quãuis ſordida: quãtũ-
uis turpis. ¶Nõ credis mihi:quærit ſibi fidẽ ex
uerbis Aſinii fratris ipſius Matrucini. ¶Eſt.n.le-
poꝝ:ad id alludere uideť ꝙ Matrucinus in quem
ẽ epigrãma:inſulſus erat. ¶Quare aut:ponit ma-
trucino optionẽ. ¶Aeſtimatiõe:ptio ſui. ¶μνε
μοσύνον:monimẽtũ ſiue memoriale.eſt ãt græ-
cum uerbũ. Nã qui apud nos faciunt epigrãmata
ipſi plerunq; inſerũt ſuis uerſib⁹ græcas dictiões.
¶Sethaba.ſethabis urbs ẽ hiſpaniæ citerioris ubi
Silius Italicus. olim telæ pulcherrimæ texebanť: Silius Italicus.
ſethabis & telas arabũ ſpreuiſſe ſuperbas: & infra
Catullus. Sudariũq; ſethabũ:cathagraphõq; linõ.

c OENABIS BENE. Verſus ẽ ei⁹ gene-
ris:cuius eſt ſuperior. Inuitat fabuliũ ſoda
lem ad cœnã ea tñ lege: ut is ſecum ferat
cœnã & cãdidam ducat puellã. Verũ ut fabullus
libẽti⁹ ueniat:pollicet̃ ſeei daturũ unguẽtũ fragrã
tiſſimũ:qđ olfaciẽs deos rogabit ut ſe totũ naſũ fa
ciant. ¶Apud me: honeſtiſſima eſt elocutio. ſic
Cicero Cicero in primo epiſtolarũ familiariũ. Et ego ea
die caſu apud pompeiũ.cœnaui. ¶Bonã atq; ma
gnã:bonã ad cõdimenta magnã uero ad copiam
Sales ferculoꝝ. ¶Sale:pro ſalibus. Sales aut in nume-
ro pluratiuo ſunt facetiæ. ¶Sacculus eſt aranea-
rum:ſenſus eſt in ſacculo ſiue marſupio tui catul
li nihil eſt præter araneas. ¶Sed contra accipies
meos amores:audies inquit uerſus: quos de meis
amoribus feci. Accipio.n.interdũ ſignificat audi-
Cicero re. Cice. Quæ hic geranť accipies a pollione. &
Ouidi. Ouidi.in primo Faſtoꝝ. accipio reuocamur ait.
¶Nã unguentũ dabo: Veteres in conuiuiis niſi
uncti diſcumbebant: Quã rem multis in locis indi
Martialis cat nobis Martialis:erant aũt unguenta ut docet plinius lib.xiii.hiſt.nat.odores ex multis uariiſq; reb⁹
Plinius cõpoſiti:quibus priſci corpus ſibi illinebant:ut melius olerent. ¶Olfacies: olfacere eſt odorari. Mar-
Olfaceť tialis. Mentula tanta tibi eſt tantus tibi neuole naſus: Vt poſſis quoties arrigis olfacere. ¶Totum na-
Martia. ſum:tanta erit uis odoris & olfaciendi uoluptas.

Cum ſuis uiuat:ualeatq; mœchis
Quos ſimul complexa tenet trecentos
Nullum amans uere:ſed identidem oĩum
Ilia rumpens:
Nec meum ſpectet uelut ante amorem
Qui illius culpa cecidit:uelut prati
Vltimi flos:prætereunte poſtq̃
Tactus aratro eſt.

### Ad Matrucinum Aſinium.

m Atrucine aſini manu ſiniſtra
Nõ belle uteris: in ioco atq; uino
Tollis lintea negligentiorum:
Hoc ſalſum eſſe putas: fugit te inepte
Quãuis ſordida res: & inuenuſta eſt:
Non credis mihi: crede pollioni
Fratri: qui tua furta uel talento
Mũtari uelit: eſt enim leporum
Diſertus pater: ac facetiarum
Quare aut endecaſyllabos trecentos
Expecta aut mihi linteum remitte
Quod me non mouet æſtimatione:
Verum eſt μνεμοσύνον mei ſodalis
Nam ſudaria ſethaba ex iberis
Miſerunt mihi muneri fabullus
Et ueranníus: hoc amem neceſſe eſt
Vt ueranniolum meum & fabullum.

### Ad Fabullum.

c Oenabis bene mi fabulle apud me
Paucis ſi tibi dii fauent diebus:
Si tecum attuleris bonam atq; magnam
Cœnam non ſine candida puella.
Et uino: & ſale: & omnibus cachinis:
Hæc ſi unq̃ attuleris uenuſte noſter
Cœnabis bene: nam tui catulli
Plenus ſacculus eſt aranearum.
Sed contra accipies meos amores:
Sed quid ſuauius: elegantiuſue eſt:
Nam unguentum dabo quod meæ puellæ
Donarunt ueneres cupidineſq;:
Quod tu cum olfacies deos rogabis
Totum ut te faciant fabulle naſum.

ITE PLVS OCVLIS. Verſus eſt endecaſyllabus. Minatur ſe parem gratiam caluo rela-
turum. Qui in ſaturnalibus in quibus uoluptati indulgebatur miſerat amico impia carmina
legenda. ¶Iucundiſſime calue. legimus duos caluos eodem tempore fuiſſe unum poetam & Duo calui
alterum Oratorem ad quem proculdubio nunc ſcribit Catullus licet multi hoc pernegent. ¶Mune
re iſto. quod mihi miſiſti. ¶Odio uatiniano. quo Cicero proſecutus eſt Vatiniũ. extat Cicerõis Ora
tio: inqua uatinii inſectatur flagitia. ¶Nam quid feci ego. quaſi dicat neq; re neq; uerbo te læſi. ¶Ma Oratio Ciceronis
lis: emendo male. ¶Iſti dii mala. Catullus malũ
imprecatur illi clienti. Qui caluo patrono ſuo mi
Ouidi⁹ ſerat tam impia carmina. ꝙ autem cliẽtes in ſatur
nalibus munera patronis mittere ſoliti eſſent: non
uno i loco indicat Martialis. ¶Nouum nuper fa-
ctum. ¶Ac repertum. atq; inuentum. ut hoc refe
ras ad inuẽtionem: illud uero ad compoſitionem.
Litteratores ¶Sylla litterator. ſylla grãmaticus: ita enim pri-
ſcis temporibus appellabant poetarum interpre-
tes: quibus noua poemata dabantur caſtigãda: ut
dicas ſyllam litteratorem carmina maledicoꝝ poe
tarum: quæ ipſe nuperrime caſtigauerat atq; trãſ-
ſcripſerat tanq̃ rem magnã Caluo: a quo ſæpius
i iudicio defenſus fuerat: dono dediſſe. caluum ue-
ro Catullo. ¶Non eſt mi male: non eſt mihi mo-
leſtum eſt aũt ironia. ¶Tuos labores: quos tuli-
ſti dũ ſcyllæ cauſas agis. ¶Dii magni. Exclama-
tio. ¶Miſti miſiſti ſincopa. ¶Saturnalibus opti-
Saturnalia mo dierum. Ideo ſic ait: quia cũ ſaturnalia dies qn
q; uel ut aliis placet. ſeptem durarent: ultim⁹ oĩum
optimus putabatur. Quoniã homines poſtridie
ad negocia redituri eo die maxime ſe oblectabãt.
¶Non non. Caluo ſed pene ridẽdo minatur. Eſt
Propertius autẽ negantis coaffirmatio. Sic propertius. Nõ nõ
humani ſunt partus talia dona. ¶Si luxerit. ſi di-
Librarii es orietur quæ nihil aliud eſt q̃ ſolis lux. ¶Libra-
Martialis. riorum. librarii ſunt qui libros tranſſcribũt: eoſ-
q; uendunt. Ii Romæ in Argileto tabernas habe-
bãt Martialis. Argiletanas mauis hitaŕ tabernas:
Cum tibi parue liber ſcrinia noſtra uacẽt. ¶Cæ-
ſios aqnos ſuphenũ: malos ac mordaces temporis
illius poetas. de ſupheno autem infra diceť. ¶Ve
nena. uenenoſos uerſus q̃les illi faciebant. ¶Vos
hinc: remittit eo carmina unde miſſa uenerunt. cũ
quibus etiam paciſcitur. ¶Si quid forte mearum
ineptiarum. ſenſus eſt. Si forte uobis contigerit le
gere meas ineptias: ut mihi ueſtras contigit: conce
do ut me quoq; repellatis.

c OMMENDO TIBI ME. Verſus ẽ ei⁹
generis: cuius eſt ſuperior. Poeta ab urbe
diſceſſurus cõmendat ſe ac puerum ſuum
Aurelio contubernali quem apertiſſime oſtendit
fuiſſe pedicone. ¶Meos amores. meum puerum
¶Veniam peto pudentẽ: depoſco inquit cum pu
dore hanc mihi indulgentiam. ¶Vt ſi quicq̃ aio.
Iam indicat quid ſe abſente ab Aurelio fieri cupiat
Plateæ. ut puerum ſeruet ſibi pudice. ¶In platea: plateæ
Angiporti ſunt uiæ in urbib⁹ latiores: ut angiporti anguſtio-
res. ¶Tuo pene. tua mentula. Veteres caudã pe-
Penis nem appellarũt. Sed quia membrum uirile homi-
Iuuenalis. ni eſt iſtar caudæ: ideo id quoq; penis uocatur. Iu
uenalis. an facile & pronũ eſt agere intra uiſcera
Horati⁹ penem legitimum. & Martialis. li. x. epigrammatõ
Arrectum quoties Marulla penem.

### Ad Caluum poetam.

n I te plus oculis meis amarem
Iocundiſſime calue: munere iſto
Odiſſem te odio uatiniano.
Nam quid feci ego: quidue ſum locutus
Cur me tot male perderes poetis:
Iſti dii mala multa dent clienti
Qui tantum tibi miſit impiorum:
Quod ſi ut ſuſpicor hoc nouũ ac repertũ
Munus dat tibi ſylla litterator:
Non eſt mi male: ſed bene ac beate
Quod non diſpereunt tui labores:
Dii magni horribilem & ſacrum libellũ
Quem tu ſcilicet ad tuum catullum
Miſti continuo: ut die periret
Saturnalibus optimo dierum:
Nonnon hoc tibi falſe ſic abibit
Nam ſi luxerit ad librariorum
Curam ſcrinia: cæſios: aquinos
Suphenum: omnia colligam uenena:
Ac te his ſuppliciis remunerabor
Vos hinc interea ualete: abite
Illuc: unde malum pedem attuliſtis
Sæcli incommoda peſſimi poetæ.
Si qui forte mearum ineptiarum
Lectores eritis: manuſq; ueſtras
Non horrebitis admouere nobis.

### Ad Aurelium.

c Ommẽdo tibi me ac meos amores
Aureli: ueniam peto pudentem
Vt ſi quicq̃ animo tuo cupiſti:
Quod caſtum expeteres: & integellum
Conſerues puerum mihi pudice
Non dico a populo: nihil ueremur
Iſtos qui in platea modo huc: modo illuc
In re prætereunt ſua occupati:
Verum a te metuo: tuoq; pene

¶Bonis maliſq; formoſis pariter & deformibus. ¶Vbi erit foris paratũ: ubi foris puerum habebis: qui ſe tibi indulgeat. ¶Mala mens amentia. ¶Vecors ab effectu ꝙ nos uecordes faciat. ¶Vt nrũm inſidiis caput laceſſes ut puerum inclinãdo nobis inſidieris. ¶Ah interiectio dolentis. ¶Quem attractis pedibus: hoc ſupplicio deprehenſi mœchi apud græcos affici ſolebãt. Qui raphanis in annum receptis cruciabant̃ pilis prius circa inguina euulſis. ¶Patente porta aperto podice. Ouidius ĩ obſcæno carmine. Ad portam ueniet ſalax aſellus. Raphani ãt teſte Plinio gaudent frigoribus: ideo in Germania infantiũ puerorꝫ æquant magnitudinem atq; ut idem tradit auctor: ut eſt græca uanitas fertur in templo apollinis delphis adeo cæteris cibis prælatus raphanꝰ: ut ex auro dicaretur. ¶Mugileſq; piſces ſunt quos græci cephalos nuncupant Eorum natura ridetur in metu capite obſcondito totos ſe occultari credentium.

Pœna q̃ apd̃ græcos adulteri afficiebãt
Ouidiꝰ
Plinius
Raphanus ĩ tẽplo apollinis ex auro dicatus
mugiles

AEDICABO EGO VOS. Verſus ẽ Endecaſyllabus. Excuſaturus carmium ſuorum laſciuiã minat̃ ſe Furiũ & Aureliũ pædicaturꝫ irrumaturũq;. Qui cũ laſciuos Catulli uerſus legiſſent: poetã quoq; parꝫ pudicũ eſſe putabãt. ¶Quod ſunt molliculi. Quia ſunt laſciuiuſculi. ¶Nã caſtũ hunc & ſequẽtem uerſũ adducit Apuleius: dũ ſuorꝫ carminũ excuſat mollitiẽ. ¶Salẽ ſaporem: oſtẽdit autem qui uerſus ſalem ac saporẽ hẽre exiſtiment̃. ¶His piloſis Senioribus. ¶Qui duros nequeunt mouere lũbos a cinctura ad nates lũbi uocant̃ ubi ſedes ẽ libidinis Perſius. Cũ carmina lumbos intrãt eos aũt intelligit qui pp annos iã agere nequnt. ¶Vos qui milia multa baſiorꝫ. Senſus ẽ cũ legeritis mea carmina: in quibus ab amica baſia tantũ peto: putatis me nõ poſſe niſi baſiare: ſed pedicabo & reliq.

Lumbi.
Perſius.

COLONIA QVAE CVPIS. Verſꝰ eſt angelicus. Qui coſtat ex duobus trocheis duobꝰ iãbis. Trocheo dactylo: & trocheo primo tñ & ultimo loco nõnunq̃ ꝓ trocheo ponitur ſpondeꝰ. Petit aũt Catullus a colonia oppidulo: ut Veronenſem quendã ſtupidũ: qui uxorem ſeruare neſciebat. de ſuo põte ĩ cænoſam paludem cadere ſinat. ut metu expergiſcat̃. Sũt. n. morbi Cornelio celſo auctor̃ qui aliquo ſubito timor̃ excutiunt̃. ¶O colonia quẽ cupis. ordo ẽ o colonia en habes paratum ſalire: quẽ cupis lædere longo ponte. ¶Sed uereris inepta crura ponticuli. Sed tu inq̃t iepta times ſi pons ipe cadat. Ne amplius inſtauret̃. ¶Caua palude: q̃ ponti ſuberat. ¶Ex tua libidine: pro ut optas. ¶In quo uel ſaliaribꝰ ſacra ſuſcipiant̃: tã ualidus: ut in eo ſacerdotes Martis q̃ ſalii & ſaliares ſunt appellati: rẽ diuinã facere poſſint. Illi. n. quodã ãni tpe per uias urbis cũ Ancylibꝰ ſaltãtes ſacra ſua faciebãt. De Saliis ãt plura legito apud Liuiũ & Alicarnaſeũ Dionyſiũ. ¶Munus hoc mihi maximi. Quia a primis uerbis nimis abſceſſit: iccirco ea repetit: priuſq̃ pueniat ad uerbũ principale. ¶Meũ municipẽ: q ex eodẽ mecũ ẽ municipio: erãt mũicipes ut Gel. docet lib. xv. noct. attic. ciues romãi ex mũicipiis iure ſuo & legibꝰ ſuis utẽtes muneris tñ cũ populo ro. no pticipes: a quo munere capeſcẽdo appellati uident̃. ¶Vt: ꝓ ubi. ¶Putide putẽtis: hoc ẽ male olẽtis. ¶Vorago: uoragies. ſũt palludes a uorãdo dictæ ꝙ cadẽtia ñ ſuſtineãt. ¶Inſulſiſſimꝰ ẽ homo ¶Nec ſapit pueri iſtar bimuli: nec plus cordis hẽt: q̃ puer duorꝫ annorꝫ. ¶Dormiẽtis in ulna. Vlnæ

Salii.
Municipes
Gellius
uorago
Vlnæ

Infeſto pueris bonis: maliſq;:
Quem tu qualibet ut libet moueto
Quantum uis: ubi erit foris paratum
Hunc unum excipio: ut puto pudenter:
Quod ſi te mala mens: furorq; uecors
In tantam impulerit ſceleſte culpam:
Vt noſtrum inſidiis caput laceſſas:
Ah tum te miſerum: maliq; fati
Quem attractis pedibus patente porta
Percurrẽt raphãiq; mugileſq;

(Ad. F. Au.

Aedicabo ego uos: & irrumabo:
p Aureli pathice: & cinedæ furi:
Qui me ex uerſiculis meis putaſtis
Quod ſunt molliculi parum pudicum
Nam caſtum eſſe decet pium poetam
Ipſum: uerſiculos nihil neceſſe eſt:
Qui tum deniq; hẽnt ſalem ac leporẽ:
Si ſint molliculi: ac parum pudici:
Et quod pruriat incitare poſſint:
Non dico pueris: ſed his piloſis
Qui duros nequeunt mouere lumbos.
Vos qui milia multa baſiorum
Legiſtis: male me marem putaſtis:
Pædicabo ego uos: & irrumabo.

Ad Coloniam

o Colonia quẽ cupis põte lædere lõgo
En ſalir̃ patũ hẽs: ſed uereris iepta
Crura põticuli: ac ſub his totꝰ irrediuiuus:
Ne ſupinus eat: cauaq; ĩ pallude recũbat.
Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat:
In quo uel ſaliaribus ſacra ſuſcipiãtur.
Munus hoc mihi maximi da colonia riſus
Quendã municipẽ meũ de tuo uolo põte
Ire ꝑcipitẽ in luthũ per caputq; pedeſq;
Verum totius ut lacus putideq; paludis
Liuidiſſima maximeq; eſt ꝓfunda uorago
Inſulſiſſimus ẽ homo: nec ſapit pueri iſtar
Bimuli tremula patris dormiẽtis in ulna:

ut interpres Ariſtotelis oſtendit in primo de animalibus uocantur brachia: uerba eius ſunt mẽbri uero ſuperioris bipartitã compactionẽ brachiũ ſiue ulnã appellamus: cuiꝰ partes lacertus: agilis: giber: cubitus: & manus. ¶Viridiſſimo flore puella adoleſcẽtia flori cõparatur. Terentius in eunucho. corpus ſolidũ & ſucci plenum: anni ſexdecim: flos ipſe. ¶Delicatior hædo: hædina carne ſapidior. ¶Aſſeruanda nigerrimis diligentius uuis. Quot & quibus modis uuæ in hiẽmẽ ſeruari poſſint: ut ſint recẽtes. docent Pli. Palladius & Columella. ¶Vt lubet. ipſi puellæ. ¶Nec pili facit uni. Pili facere apud hunc poetã ẽ minimi facere & q̃ſi aſpnari. ¶Nec ſe ſubleuat ex ſua pte: nec ſe ſponte ſua attollit ad cõplexus puellæ: ſed iacet in lecto: ut alnus in foſſa: poſtea q̃ cæſa ictibus ſecuris decidit. ¶Alnus arbor ẽ: q̃ amat paludes. Virg. Fluminibus ſalices craſſiſq; paludibus alni. ¶Liguri ſpecies ꝓ genere. uel quia olim in lyguria optimæ ſecures fiebãt. ¶Separata. cæſa: ſed nõnulli legũt ſupnata. Supnati aũt dicunt̃ ut Sex. Pompeius ait: quibus ſuccisa ſunt fœmia in modũ ſuillarꝫ pernarꝫ. ¶Quã ſi nulla ſit uſq̃: q̃ ſi nullã puellã in lecto ſecum habeat. ¶Stupor ſtupidꝰ. ¶Nũc: cũ ꝑ pontẽ ſit trãſiturus. ¶Olidũ: fœtidum. ¶Veternũ lethargꝰ: ut ſcribit Cornelius Celſus: ẽ inexpugnabilis pene dormiẽdi neceſſitas: ea a nr̃is ueternũ dicit̃: licet hoc multi negẽt dictitãtes hac uoce Hidropin tantũ ſignificari: Virg. Nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno: & Plini. libro. viii. ubi de urſis ſermo habetur. Primis diebus ſeptenis tam graui ſomno præmunt̃: ut ne uulneribꝰ qdẽ excitari queant: tũc mirũ in modũ ueterno pingueſcunt. ¶Supinũ. iacentẽ quaſi ſopitũ. ¶Ferreã ut ſoleam: ut mula ꝑ cænũ gradiẽs in eo nonnunq̃ relinquit ferreum calciamentum.

Teren.
Vergi.
Veternum
Vergi.
Plinius

Cui cũ ſit uiridiſſimo nupta flore puella
Vt puella tenellulo delicatior hædo
Aſſeruãda nigerrimis diligentius uuis.
Ludere hãc ſinit: ut lubet: nec pili facit uni:
Nec ſe ſubleuat ex ſua pte: ſed uelut alnus
In foſſa liguri iacet ſeparata ſecuri:
Tantundem oĩa ſentiens: q̃ ſi nulla ſit uſq̃
Talis iſte meus ſtupor nil uidet nihil audit
Ipſe q ſit utrꝫ ſit: an nõ ſit id quoq; neſcit
Nunc eũ uolo de tuo ponte mittere pronũ
Si poteſt olidum repente excitare ueternũ:
Et ſupinum aĩum ĩ graui derelinq̃re cœno
Ferreã ut ſoleam tenaci in uoragine mulæ.

Ad Aurelium.

Vreli pater eſuritionum
a Nõ harum mõ: ſed quot aut fuerũt
Aut ſunt: aut aliis erunt in annis
Pædicare cupis meos amores:
Nec clam: nã ſimul & iocaris una
Hærens ad latus: omnia experiris
Fruſtra: nam inſidias mihi inſtruẽtem
Tangam te prius irrumatione.
At qui ſi faceres ſatur tacerem:
Nunc ipſum id doleo: quod eſurire
Næ meus puer: & ſitire diſcet.
Quare deſine dum licet pudico
Ne finẽ facias: ſed irrumatus:

Ad Varrum.

ſ Vphenus iſte uarre quẽ ꝓbe noſti
Homo ẽ uenuſtus: & dicax: & urbanus:
Ideq; lõge plurimos facit uerſus.
Puto eſſe ego illi milia: aut decẽ: aut plura
Perſcripta: nec ſicut fit in palimpſeſto
Relata: chartæ regiæ: noui libri:
Noui umbilici: lora rubra: mẽbranæ

VRELI PATER ESVRITIONum. Verſus ẽ Endecaſyllabus. Minat̃ Catullus cuidã Aurelio irrumationẽ. Qui ĩ extrema egeſtate cõſtitutus puerꝫ poetæ ꝑdere cupiebat. ¶Eſuritionum. eſuritio ẽ fames maxima ¶Meos amores: meũ puerꝫ. ¶Clã latẽter. ¶Inſidias mihi inſtruentẽ: te mihi inſidiantẽ. ¶Atqui certe. ¶Satur tacerẽ. ſi ſatur puerꝫ ad ſtuprũ ſollicitares. ¶Næ hæc pticula cũ dipthõgo capit̃ ꝓ certe. Terẽtius. faciũt ut næ intelligendo ut nihil intelligãt & M. Tullius lib. tertio de Oratore: næ illud haud ſane quẽadmodũ uerba ſeruet atq; illuminet: a magiſtris iſtis requiret. ¶Quare deſine: cõcluſio. ¶Ne finem facias. ſollicitandi puerum. ¶Sed irrumatus. poſteaq̃ te irrumauero.

Eſuritio
Næ
Teren.
Tullius

VPHENVS ILLE. Verſus eſt iãbicꝰ trimeter. de quo iã diximꝰ. ſcribit Catullꝰ ad uarrũ de quodã ſupheno. Qui iter amicos urbanus erat: ſed cũ idẽ ad ſcribẽda poemata ſe cõtuliſſet ĩfacetiſſimꝰ uidebat̃: ipe tñ ſibi placebat. ¶Venuſtꝰ. Quintilia. pluribꝰ explicat qd uenuſtꝰ: qd dicax: & qd urbanus ſignificet. qd̃ ſi qs parꝫ credit apud eũdẽ in octauo reqrat. ¶Decẽ: ſubaudi milia uerſuũ. ¶Aut. plura. x. ſupple milibꝰ. ¶Palipſeſto: græca eſt dictio q̃ cartha illa ſignificat̃ quæ deraſis prioribꝰ lr̃is reſcripta eſt. ¶Vmbilici claui ſunt ut mea fert opinio qbꝰ librorꝫ anguli ornãtur ſimul & muniuntur. Martialis. Sed pumicata frõte ſi qs eſt nõdũ neq; umbilicis cultꝰ neq; mẽbrana. ¶Lora rubra. uicula rubri coloris. ¶Mẽbranæ. qbus ĩfectis libri tegunt̃. Tibullus. lutea ſed niueũ iuoluat mẽbrana libellũ. mẽbranæ aũt ſunt pelles ita dictæ ꝙ ab animalium membris educantur.

Quintilianus
Martia.
Tibullꝰ

¶ Diſecta.i.emendo directa. ¶ Plūbo plūbeis lineis. Sūt āt duo plūbi genera nigrū & albū: qđ p̃cioſius ē & a græcis caſſiteriū appellaẗ. Sed ex eo nō fit argentū: cū fiat ex nigro. Auctor ē Pli. ¶ Pumice oia æquata: nouos libros pumicibus expoliri p̃ter Tibullū Catullūq & Martialē indicat ēt Pli. cuius uerba ſup. annotauim⁹: ¶ Hæc.ſ.carmina. ¶ Caprimulgus: hac uoce ręſtci⁹ ſignificaẗ. Sūt ēt Caprimulgi aues q̄dā merularum aſpectu: q̄ interdiu uiſu carent: intrāt paſtoꝝ ſtabula. caprarūq uberibus aduolāt ad lactis hauſtū. ¶ Foſſor q terrā fodit: nomē uerbale. ¶ Ac mutat: ut nō cognoſcas eūdē eſſe. ¶ Scurra: ſcurra ē q riſū ab audientib⁹ captat: nō ſalua perſonæ dignitate. ¶ Rure ꝓ ruſtico. ¶ Simul poemata attigit: poſtq̄ acceſſit ad ſcribēda carmina. ¶ Aeq ē beatus ita ē felix. ¶ Gaudet in ſe intrinſecus lætaẗ. ¶ Nimiꝝ certe. ¶ Idē oēs fallimur qa nr̃a nimis diligimus. ¶ Suus cuiq attributus ē error.

Horat. Hora. Nā uitiis nemo ſine naſciẗ: & Propertius Proper. Vnicuiq dedit uitiū natura creato. Mi fortuna aliquid ſemꝑ amare dedit. ¶ Sed nō uidemus māticæ: qđ in tergo ē: nō uidem⁹ noſtra uitia ſiue noſtros errores: quos in tergo geſtamus: & hoc ſecundū Aeſopū qui fingit unūquēq habere binas māticas unā ī pectore & alterā ī dorſo in anteriore geſtare aliena uitia ī poſteriore uero ſua. Perſius Perſius. Vt nemo in ſeſe tentat deſcendere nemo. Sed præcedenti ſpectatur mantica tergo.

VRI CVI NEQVE. Verſus ē Endecaſyllabus. Monet Furiū Catullus ut cētum ſeſtertia a diis petere deſinat: qa pauper immo inops uacat multis incōmodis. qbus ſi diues fieret non uacaret: ¶ Neq arca. Arca ē repoſitorū pecuniaꝝ ab arcēdo dicta ut qbuſdā placet q furum man⁹ arceat. Martialis. Martia. Call d⁹ effracta nummos fur auferret arca: Proſternet patrios impia flamma lares. ¶ Neq cimex: neq araneus neq lectus neq domus contentū pro continenti Cimex autē & Araneus inter inſecta connumerantur: de qbus Ariſto. & Plini. multa. ¶ Vel filicē adeo eſuriūt. ¶ Lignea pp maciē & nimiā corporis ſiccitatem. ¶ Nihil timetis: quia nihil ē uobis: qđ amittere poſſitis. ¶ Facta impia: impiorū hoium maleficia. ¶ Dolos ueneni: quod quis det: ut uobis pariter ſublatis bona ueſtra protinus inuadat. ¶ Atqui hinc poeta ironice tamē Furii cōmoda commemorare incipit. ¶ Sole & frigore & eſuritiōe: his.n.tribus hūana corpora in maximā ſiccitatem adducunẗ: ¶ Sudor abeſt nunq̄ ſudas. ¶ Saliua ſputū: dicta q ſalis hēat ſaporē. ¶ Mucus nariū humiditas: a quo mucidus: & mucoſus deriuantur. ¶ Pituita q̄ a græcis flegma uocatur. ¶ Salillo in quo ſal ſeruatur: cuius natura eſt per ſe ignea & ignibus inimica eos fugiens omnia erodens corpora uero aſtringens ſiccans alligans. defuncta autem ac putreſcentia uendicans: ut durēt ea per ſecula. ¶ Nec toto decies cacas in anno. Qui enim raro & parum comedit: is rarius excernat eſt neceſſe. ¶ Inquinare fœdare. ¶ Hæc tu cōmoda: q nec ſudas: nec emungeris: qq rariſſime cacas.

Natura ſalis.

Directa plumbo & pumice oia æquata
Hæc cum legas: tū bellus ille & urbanus
Suffenus unus caprimulgus: aut foſſor
Rurſus uideẗ: tantum abhortet: ac mutat:
Hoc quid putemus eē: qui modo ſcurra
Aut ſi quid hac re triſtius uidebatur:
Idem infaceto eſt infacetior rure.
Simul poemata attigit neq idem unq̄
Aeque eſt beatus: ac poema cum ſcribit
Tam gaudet in ſe: tanq ſe ipſe miratur
Nimiꝝ idem omnes fallimur: neq ē quiſq̄
Quem non aliqua in re uidere ſuffenū
Poſſis: ſuus cuiq attributus eſt error:
Sed non uidemus māticæ qđ in tergo eſt.

Ad Furium.

f Vri cui neq ſeruus ē: neq arca:
Nec cimex: neq araneus: neq ignis:
Verum eſt & pater: & nouerca quoꝝ
Dentes uel ſilicem comeſſe poſſunt:
Eſt pulchre tibi cum tuo parente
Et cum cōiuge lignea parentis.
Nimirum bene. nam ualetis omnes:
Pulchre concoquitis: nihil timetis:
Non incendia: non graues ruinas:
Non facta impia: nō dolos ueneni:
Nō caſus alios periculorum
At qui corpora ſicciora cornu
Aut ſi quid magis aridum: eſt habetis:
Sole & frigore: & eſuritione.
Quare non tibi ſit bene ac beate:
A te ſudor abeſt: abeſt ſaliua:
Muccuſq: & mala pituita naſi.
Hanc ad mundiciem: adde mundiorem:
Quod culus tibi purior ſalillo eſt:
Nec toto decies cacas in anno:
Atq id durius eſt faba & lapillis
Quod ſi tu manibus teras fricesq
Non unquam digitum inquinare poſſes
Hæc tu commoda tam beata furi.
Noli ſpernere; nec putare parui;

¶ Seſtertia quæ ſoles precari centum deſine. Hæc ſūma apud Romanos & magna & honeſta habebatur: ut pote quam multi uoto & precibus peterent. Sane ſeſtertium ex dipondio & ſemiſſe conſtabat. Plinius lib.xxxiii. Et placuit denarius pro.x.libris. Quinarius pro quinq. ſerſtertium pro dipondio & ſemiſſe. Plinius dipondium aūt libras duas continebat. ſemis uero dimidium libræ unius. Quod ut ueteres indicarent ſeſtertium per notas ſcribentes tris tantū litteras faciebant.i. duplicatum & s. quas poſtea ducta per medium uirgula colligabant hoc quidem modo.

Et ſeſtertia quæ ſoles precari
Centum deſine: nam ſat es beatus:

Ad amicum Iuuencium.

Qui floſculus es iuuēculorum
o Non horum modo: ſed quot
aut fuerunt:
Aut poſthac aliis erunt ī annis
Mallem delitias mihi dediſſes
Quam iſti: cui neq ſeruus ē neq arca:
Quam ſic te ſineres ab iſto amari
Qui non eſt homo: bellus inquies eſt:
Sed bello huic neq ſeruus eſt neq arca:
Hoc tu quanlibet obiice: eleuaq:
Nec ſeruum tamē ille habet: neq arcā:

QVI FLOSCVLVS ES. Verſus ē ei⁹ generis. cui⁹ eſt ſupior. Cōqueriẗ poeta q puer quē ipe ūice amabat. furio oīum pauperrimo ſe idulſerit. ¶ Mallē: magis uellē. ¶ Delitias: oblectamenta. ¶ Quā iſti. furio. ¶ Qui nō eſt homo: uide Catulli inſolentiā: qui neget pauperē eſſe hominē. ¶ Bell⁹: pulcher. diminutiuū a bono. ¶ Obiice: oppōe. ¶ Eleua: attolle: ut dicas bellus eſt. ¶ Nec ſeruum tñ. nunq̄ inquit efficies: ut iſte tuus furius non ſit pauperrimus.

Ad Thallum.

c Inæde thalle molior cuniculi capillo
Vel āſeris medullula uel imulla mollicella
Vel pene lāguido ſenis: ſituq araneoſo
Idemq thalle turbida rapacior procella.
Quū diua mulier aues oſtēdit occinentes
Remitte palliū mihi meū qđ inuolaſti.
Sudariūq ſæthabū catagraphonq linon:
Ineptæ quæ palā ſoles habere tanquā auita
Quæ nūc tuis ab ūguibꝰ reglutina & r̃mitte
Ne laneū latuſculū manuſq mollicellas
Iniecta turpiter tibi flagella cōſcribillēt
Et iſolēter æſtues uelut minuta magno
Depręſa nauis in mari uæſaniēte uēto:

YNEDE TALLE. Verſus eſt iambicus ſeptenarius. Sed ſeptimus q̄ſq pes eſt amphibrachus. Monet tallū cynedum: ut ſibi remittat quæ ſurripuit pallium ſcilicet & ſudarium: qđ niſi fecerit: fœde uapulabit. ¶ Cuniculi: genus eſt leporis. ſed hic pliniū audire non pigeat ita ſcribentē leporum generis ſunt & quos Hiſpania cuniculos appellat. fecunditatis innumeræ famēq Balearibus inſulis populatis earum meſſib⁹ afferentes: fœtus uentre exectos: aut uberib⁹ ablatos non repurgatis interaneis gratiſſimo in cibatu habent: laurices uocant. ¶ Capillo: pilo. quem tactu molliſſimū eſſe cōſtat. ¶ Vel Anſeris medullula. Ouidi. in obſcæno carmine. Quidam mollior anſeris medulla furatum uenit huc amore pœnæ. ¶ Inula mollicella. inuli ſunt ceruorum filii: Quorū pelles albis maculis diſtictæ nebrides uocantur. ¶ Pene lāguido languida ſenis mentula. ¶ Situq araneoſo: telis quas texunt araneæ ad capiendas muſcas. ¶ Turbida rapacior procella: aſſimilat hoiem furacem fœdæ tempeſtati. Quæ in agris ſæuiens oia rapit eſt.n. procella uis uentorū cū pluuia dicta ab eo q cūcta pcellat. ¶ Aues oñdit oſcitantes. legēdū eſt ut nos emendauimus occinentes. Aues.n. quædā ut ſcribit Plinius lib. xviii. continuo clangore intempeſtiuæ futuras tēpeſtates p̃nunciare credunẗ: ut dicat Catullus tallum eſſe rapaciorē turbida tempeſtate: quā aues ītempeſtiuis cātibus p̃nūciāt. Sed quia q̃ri pōt: cur nobilis poeta dixerit diua mulier. Iccirco illđ addā eā circa cantus auiū obſeruationē eſſe potiſſimū fæminarū: ut diua pro diuina accipiaẗ. ¶ Quod

Ad Furium

f Ari uillula ueſtra mō ad auſtri

Inuolaſti: qđ ſurripuiſti a uola q̄ eſt media ps man⁹. ¶ Cathagraphonq linon: quodā texturæ genere iſcriptū. de hmō linteis uideẗ itelligere Iuue. cū ait. Damaſipp⁹ ad illos thermaꝝ calices iſcriptaq lintea uadit. ¶ Tāq̄ auita: ab auo tibi relicta. ¶ Reglutina: diſſiūge: fures.n. man⁹ nūc glutino nunc pice Iuuena. inqnatas hēe dñr. Martia. Nō fuit Autolici tā piceata man⁹. ¶ Laneū: molle a lana. ¶ Inuſta. emēdo Martia. iniecta. ¶ Flagella: q̄ ſūt ſūmæ arboꝝ ptes. ¶ Cōſcribillēt: ſignēt uel pingāt. Inſcribo.n. & conſcribo nō nūq̄ ſignificāt pingere. Plaut⁹. corp⁹ tuū uirgis inſcribā. ¶ Inſolenẗ: p̃ter ſolitū. ¶ Aeſtues: iacteris ab æſtu: q̄ uox ſignificat p̃ter ſolis & æſtiui tpis fragrātiā maris etiā cōmotōem lucreti⁹ lib.iiii. frig⁹ ut a pluuiis calor a ſole: æſt⁹ ab undis æquoris & plaut⁹ in Aſſinaria. Plautus Quo magis te in altū capeſcis: æſt⁹ te ī portū refert. ē āt trāſlatio a nauigātib⁹. Qui mari undicāte mō in hanc mō ī illā ptē iactantur.

VRI VILLVLA. Verſus ē Endecaſyllabus. Nō cōueniūt litterati in huius Epigrāmatis expoſitione. Quidā.n. eoꝝ dicūt poetā cōq̄ri de nimia uillæ ſuæ ab urbe diſtātia alii q in uillā ſuā pp urbis uicinitatē: plurimi uētitēt. Quos paſcere ſit neceſſe. Sed ego illorū accedo ſniæ: qui aſſerūt Catullū habuiſſe uillā oibus flatibus expoſitā. & ideo eū cōqueri. ¶ Auſtri. auſter uētus eſt

qui flat a meridie & a grecis notus dicit᷑ ꝙ ſit humid⁹. ℭ Fauoni fauonius:itẽ uẽtus ẽ q ſpirat ab occa ſu brumali:hũc græci Zephyrũ noĩant. ℭ Sæui boreæ q flat ab ortu ſolſtitiali latie dr̃ aq̃lo a celeritate. ℭ Apeliote uẽtus ẽ q ſpirat ab ortu eqnoctiali & a nobis ſubſolanus noiatur. Sed tu de uẽtis plura le gito apud Ariſto. Strabo. Sene. Pli. &. A. Gelliũ. ℭ Ad qndecim mil. ſupple uentoꝝ. ℭ Et ducentos ſ. uẽtos. ℭ O uẽtũ exclamatio. ℭ Atq; peſtilentẽ corporib⁹ nocentẽ. Hermolaus Barba. uir ſeculi hu ius eruditiſſim⁹ cui⁹ imaturo obitu litteræ tũ græcæ tũ latinæ maximã iacturã fecerũt:in plinianis ca ſtigationibus hoc epigrãma ad uerbũ ita exponit nõ. n. pretiũ aut ſumptũ id uideri: ſed æris alieni ſummã qua futuꝝ eẽt:ut noibus diſſoluẽdis uilla diuẽderet & quaſi licitaturis opponeret. q̃ opinio Si placet ꝑ nr̃a ſcribendum erit ueſtra.

Hermolaus barbarus.

Flatus oppoſita ẽ:nec ad fauõi
Nec ſæui boreæ:aut apeliotæ
Verũ ad milia qndecim:& ducentos:
O uentum horribilem:atq; peſtilentem:

Ad Pincernam ſuum.

Iniſter uetuli puer falerni
Inger mi calices amariores:
Vt lex poſthumiæ iubet magiſtræ
Ebrioſa acina ebrioſioris:
At uos quo lubet hinc abite nymphæ
Vni pernices & ad ſeueros
Migrate:hic merus eſt thyonianus:

Ad Verannium & Fabullum.

Iſonis comites cohors inanis
Aptis ſarcinulis & expeditis
Veranni optime:tuq; mi fabulle
Q uid rerum geritis:ſatis ne cum iſto
Vappa:frigoraq; & famem tuliſtis
Ecquidnam in tabulis pater lucelli
Expenſum:ut mihi qui meum ſecutus
Prætorem refero datum lucello
O memi bene me ac diu ſupinum.
T ota iſta trabe lentus irrumaſti
Sed quantum uideo pari fuiſtis
Caſu:iam nihilo minore uerpa
Farti eſtis pete nobiles amicos
At uobis mala multa dii:deæq;
Dent opprobria:romuli:remiq;.

INISTER VETuli. Verſus ẽ ei⁹ gene ris:cuius ſupior. Poeta impat miniſtro:ut is ſibi hilarius potãdi calices igerat. ℭ Pha lerni:cui teſte Plinio inter generoſa uina Italiæ ſe cũda nobilitas erat: nã prima' pucino dabat᷑. gene ra ãt phalerni tria erãt:auſteꝝ dulce & tẽue. ℭ In ger ingere. ℭ Amariores uini auſterioris. Vina n. uetuſta amaritudine q̃dã. Sed q̃lis ẽ in pipere:i feſtãtur. Plinius hæc natura uinis in uetuſtate eſt ne potari per ſe queant:niſi puincat aqua: uſq; in amaritudinẽ carie idomita. ℭ Vt lex poſthumiæ iubet magiſtræ. habebãt priſci magiſtros conuiuiorũ. qui leges dabant ad potandũ:ſecundũ quẽ morẽ poſthumia mulier cõuiuii magiſtra legẽ tu lerat. qua conuiuæ plurimos ac capaciſſimos cali ces haurire cogebant᷑. ℭ Ebrioſa acina ebrioſio ris maluit dĩce acina i genet̃ fœmio q̃ acino in ma ſculino uel neutro ut uerſus melius ad aurẽ ſona ret nam a uocalis in ꝓcedẽti uerbo poſtrema eadẽ ꝙ in ſequẽti prima canoro ſimul atq; iucũdo hia tu tractim ſonat. Idẽ facit Virg. in ſecũdo Geor gico. Talẽ diues arat capua:& uicina ueſeuo Ora iugo. Nã o uocalis in priori uerſu ultima eadẽq; i ſequẽti prima ſuauem facit hiatũ. ℭ At uos quo lubet:ſummouet aquas. ℭ Vini pernicies ꝗ uinũ iugulatis. ℭ Seueros graues q nollunt inebriari. ℭ Hic merus eſt Thionianus. hic ẽ iquit meri ui ni liquor.

Plinius

Virgil.

ISONIS COMITES. Verſus ẽ eius generis:Cuius ẽ ſuperior. deteſtatur⁹ ne phandã romanoꝝ magiſtratuũ libidinẽ. qui in prouinciis comites ſuos irrumabãt:interro gat uerannĩũ & Fabullũ ſodales: quid lucri fece rint in hiſpania ſub piſone. ℭ Cohors:accipit᷑ ali qñ cohors ꝑ familia & amicis Catullus rñdi id qd erat:nihil nec ipſis:nec ꝓtoribus eſſe:nec cohorti. Et Suetonius in Nerone. Si quid comes ad orientẽ. C. Cæſaris iuuenis occiſo liberto ſuo qd quantũ po tare iubebat᷑ fcuſaret dimiſſus e cohorte amicoꝝ nihilo modeſti⁹ uixit. Cæteꝝ in legiõe apud romãos erãt Gellii tẽpeſtate. lx. cẽturiæ. xxx. Manipuli. &. x. cohortes. Cohors ãt ut Varro ait dicta ẽ: ꝙ ut in uilla ex pluribus tectis coniungit᷑:ac quiddam fit unum. Sic ex manipulis pluribus copulat᷑. ℭ Aptis ſarcinulis & expeditis. Sarcina ẽ faſciculus rerum uetẽſiliũ:indicat aũt uerranĩũ & Fabulli tenuitatẽ: cum dicat᷑ ſarcinas eorum aptas eſſe & expeditas. ℭ Quid rerum geritis:quas res agitis. ℭ Vappa:q a ſuis degenerauit. Plinius lib. xiiii. ultiĩq; muſto quibuſdã in locis iteꝝ ſpõte feruere:q̃ calamitate cũ deferbuit deperit ſapor uappæq; accipit nomẽ probroſum ẽt hoium cũ degenerauit aius. ℭ Et quid nã in tabulis patet lucelli expenſũ:Quidnã inquit lucri feciſtis:qd expenſũ pateat in ueſtris rationibus ℭ Q ui meum ſecutus prætorem intelligit Mẽium:quẽ in Bythinniam ſecutus ſe ab eo irrumatum fuiſſe non diſſimulat. ℭ Tota iſta trabe:tota iſta mentula:quæ eſt inſtar trabis. ℭ Pari fuiſſe caſu:Pa ri me cum cõditione. Eſt autem caſus ut ait Ariſto. rei inopinate euentus. ℭ Verpa mentula ſine pre putio. Verpi. n. dicuntur iudei ꝙ ſint circuncifi. Martialis. Delapſa ẽ miſero fibula:uerpus erat. ℭ Pe te nobiles amicos elegãs ironia. ℭ At uobis mala:irritatus poeta nefãda romanorum magiſtratuũ li bidine in eos imprecatur:ordo autẽ e opprobria Romuli & Remi dii & deæ dent uobis multa mala. ℭ Opprobria dedecora:poſuit ãt Romulũ & Remum urbis conditores pro cibus romanis.

Catull⁹ Suetõi⁹.

VIS HOC POTEST VIDERE. Verſus eſt iambicus trimeter. Duos inſectatur Catull⁹ C. cæſarem & Mamurrã formianũ quem Cæſar ob mutui ſtupri conſuetudinem rebus pluri mis atq; pulcherrimis dono datis ditiſſimum reddiderat. De hoc ita ſcribit Plinius. lib. xxxvi. Hiſt. nat. primũ Romæ parietes cruſta marmoris operuiſſe. Toti⁹ domus ſuæ in cælio monte Corne lius nepos tradidit Mamurra formiis natũ equitem romanũ præfectum fabroꝝ. C. Cæſaris in gallia: neq; indignatio ſit tali Auctore inuenta re. hic nanq; eſt Mamurrã Catulli ueronẽſis carminibus pro ſciſſus:quem ut res eſt:domus ipſius clarius q̃ Ca tullus dixit habere quicquid habuiſſet comata gal lia:& Suetonius in Cæſare. Valerium Catullum a quo ſibi uerſiculis de Mamurra ꝑpetua ſtigma ta impoſita non diſſimulauerat:ſatiſfacientẽ eadẽ die adhibuit coenæ hoſpitioq; patris ſui ſicut con ſueuerat:uti perſeuerauit. ℭ Niſi impudicus: niſi ſit talis qualis eſt Cæſar. pudicitiæ aũt cæſaris fa mã nihil quidem præter Nicomedis contuberniũ læſit graui tñ & perenni opprobrio & ad omnium conuitia expoſito auctor eſt idẽ ſuetonius. ℭ Vo rax. Voracem fuiſſe cæſarem infra indicat Catul lus cum inquit. Parũ expatrauit: an paꝝ heluat⁹ eſt paterna primũ lancinata ſunt bona & reliqua. ℭ Aleo:alea uocatur quilibet ludus i fortunæ ua rietate conſiſtens. Vnde aleones & aleatores dicũt luſores. ℭ Gallia. Q uæ ut ſcribit Plinius in tria populoꝝ genera diuiditur amnibus maxĩe diſtin cta. a ſcaldi enim ad ſequanã Belgica & ab eo ad garunnam celtica:eademq; lugdunẽſis: ide ad py renei montis excurſum aquitania:Aremorica an dicta. ℭ Vltima brytannia. De hac ante diximus. ℭ Cynede romule:poſuit romulũ urbis conditorẽ pro quolibet romano. Sic perſius hellum hos bellum eſt an romule ceues. ℭ Et ille. Mamurra. ℭ Superfluens:diuitiis abundans. ℭ Perambula uit omniũ cubilia:fuit romæ publicus adulter uel pathicus. ℭ Vt albulus columbus:columbos ma xime ſalaces eẽ multorũ cõfirmat opinio. ℭ Dio neus. Venerius a dione matre ueneris. cui antiqui tas columbos dicauerat. ℭ Es impudic⁹ & uorax & aleo. Siquidem hæc pateris Mamurrã. ſ. habere quicquid ante diximus. ℭ Eo ne noie:ea de cauſa. ℭ Imperator unice. Cæſar qui es unicus impera tor & belli gerendi magiſter. ℭ Vltima occidẽtis inſula:intelligit Brytanniã. ℭ Diffututa. crebris fututionibus ex hauſta. ℭ Ducẽties comeſſet aut trecenties. ducenta aut trecenta pro uno coitu da ret. ℭ Alit. emendo an hæc. ℭ Siniſtra: mala no cens aduerſa. ℭ Helluatus eſt. uorando conſumpſit. Nam nihil aliud eſt helluari:q̃ immoderato ſum ptu bona ſua conſumere. unde helluones dicuntur uoraces. ℭ Paterna:a patre relicta. ℭ Lancina ta. lacerata. Plinius lib. viii. at ii in ipſa nare caput condunt pariterq; ſpiritũ præcludunt & molliſſimas lancinãt partes. ℭ Præda. hac uoce ſignificantur res & corpora in bello capta. ℭ Pontica: quam Cæ ſar ipſe cœpit poſt deuictũ pharnacẽ Mithridatis filiũ. ℭ Hibera. hiſpana ab amne ut ante dictum eſt. ℭ Scit:nouit. ℭ Amnis aurifer. Plini. lib. iiii. Tagus auriferis harenis celebrat᷑:& Iuue. Tanti tibi nõ ſit opaci oĩs harena tagi:quodq; in mare uoluit᷑ aurum. ℭ Hũc. Cæſarẽ nõ aũt mamurrã. ℭ Malum. aduerbiũ eſt interpoſitũ indignationis. Teren. quas malũ ambages mihi narrare occepit. & plaut⁹ in caſſina. Nõ mihi licere meã rem me ſolũ ut uolo loq atq; cogitare ſine te arbitro? quid tu malũ me ſeq̃re. Plinius quoq;. li. vii. Q uæ malũ:iſta demẽtia iterari uitam mortem q;. ℭ Deuorare:deglutire. Oui dius deuorer ante precor ſubito telluris hiatu. ℭ Eo ne noie:eam ob cauſam. ℭ Vrbis opulentiſſime: Romæ. ℭ Socer:Cæſar. ℭ Gener. Pompeius. Lucanus. Hic ſocer inde gener. nota eſt aũt hiſtoria:cũ ea a pluribus parti græcis partim latinis auctoribus:facunde narretur.

Plinius

Sueto.

Catull⁹

In. C. Cæſarem.

V is hoc põt uidere:qs põt pati:
Niſi ipudicus:& uorax:& aleo:
Mamurrã haber qd coata gallia
Habebat cuncta & ultima britannia.
Cinedæ romulæ hæc uidebis:& feres:
Et ille nunc ſuperbus:& ſuperfluens:
Perambulauit omnium cubilia:
Vt albulus columbus:aut dionæus
Cinedæ romule hæc uidebis:& feres:
Es impudicus:& uorax:& aleo
Eo ne nomine imperator unice
Qui ſedens aduerſus identidem te
Spectat: & audit
Dulce ridentem miſero qđ omnis
Eripit ſenſus mihi: nam ſimul te
Leſbia aſpexi: nihil eſt ſuper mi
Quod loquar amens.
Lingna ſed torpet tenuis ſub artus
Flamma demanat: ſonitu ſuopte
Tintinant aures: gemina teguntur
Lumina nocte.
Ocium catulle tibi moleſtum eſt:
Ocio exultas nimiumqꝫ geſtis:
Ocium & reges prius & beatas
Perdidit urbes.

In Noniũ ſtrumam.

q Vid eſt catulle: ꝙ moraris emori:
Sella i curuli ſtruma Nonius ſedet:
Per conſulatum peierat uatinius:
Quid eſt catulle: ꝙ moraris emori.

Ad lectorem.

r Iſi neſcio quẽ modo e corona:
Qui cũ mirifice uatiniana.
Meus crimina caluus explicaſſet:
Admirans ait hæc manuſqꝫ tollens
Dii magni ſolopachyum diſertum.

o Thonis caput oppido eſt puſillum
Aten ruſtice ſemilauta crura:
Subtile & leue peditum liboni eſt:
Si non omnia diſplicere uellem
Tibi hæc ſufficiant ſeni recocto:

In Camerium.

i Raſcere iterum meis iambis
Immerentibus unice imperator
Oro ſi tibi forte non moleſtum eſt:
Demonſtres ubi ſint tuæ tenebræ.
Te quæſiuimus in minore cãpo:
Te in circo: te in omnibus labellis:

illi. n. dicũt herpillõ ea & ἑπτα nos uero aſpirationẽ ipam i s mutãtes dicimus ſerpillon. ſex ſeptẽ. uerſus ãt q ſequunẽ illucuſqꝫ iraſcere iterꝫ meis iãbis aliũde huc trãſlatos eẽ uel grãdi pignore cõtenderim ſed adeo deprauatos. ut ex ipſis nullus ſenſus elici poſſit. Quare eos inenarratos relinquere placuit.

RASCERE iterꝫ. Eſt eius gñis cui⁹ ſupior Catull⁹ ſub noie camerii taxat iuliũ cæſarẽ q abdit⁹ int ꝓſtitutas ita latebat: ut ab amicis eũ q̃ritãtib⁹ nũ ĩ poſſet iueniri. ¶ Iraſcere iterꝫ apte minẽ Catul. ſe rurſ⁹ i cæſarẽ uerſ⁹ facturꝫ. ¶ Vnice imp. Supi⁹ i eũdẽ cæſarẽ eo ne noie impator unice. ¶ Tuæ la. ubi tu abdit⁹ lateas. ¶ Miore cãpo cãpus laurentio uallẽſi ẽ planicies terræ ãpla & grãdis iõ ꝑ ſpacioſæ plateæ areæ ue cãpi nomẽ acceperũt. ¶ Te i circo: legim⁹ Romæ tris circos fuiſſe maximũ: quẽ teſte liuio tarqn⁹i priſc⁹ extruxit fine forꝫ: quos poſtea addidit tarqni⁹ ſupb⁹ flãminũ & Nerõis Dict⁹ ẽ circ⁹ ut uarro ait ꝙ ibi circũ metas põpa fereẽ & eq currerẽt: Sed de circo maxio plura legito apđ liuiũ & Alicarnaſeũ Diõyſiũ. ¶ Te i oib⁹ libellis: emẽdo labellis poſuit. n. labella ꝓ balneis. Eſt ãt labellũ diminutiuũ a labro: labrꝫ uero gen⁹ ẽ uaſis miorꝫ. Cic. li. xiiii. Epiſtolarꝫ familiariũ ad terentiã uxorẽ in tuſculanũ nos uẽturos putam⁹: aut nonis: aut poſtridie: ibi fac ſint oĩa parata: plures. n. fortaſſe nobiſcũ erunt & ut arbitror diuti⁹ ibi cõmorabimur labrum ſi i balneo nõ eſt fac ut ſit & Vergi. in ſecũdo georgicorꝫ ſpuma plenis uidemia labris

¶ In magni ſimul ambulatiõe: Intelligit haud dubie porticum pompei: cui⁹ in primis meminerunt Ouidi. & Martia. Illud autẽ non ꝑtermittã portic⁹ a priſcis fieri ſolitas ad umbras & deambulatiões. ¶ Prehendi: prehendim⁹ ꝓprie uitantes ac fugiẽtes. ¶ Sereno: trãquillo hoc eſt ſine ullo met⁹ uel mæroris indicio. ¶ Auellite ſic: emendo ſic auelſitis. ¶ Rhoſeis: propter odoris ſuauitatẽ a Rhoſa quæ eſt florꝫ nobiliſſima. ¶ Herculis labos eſt: his uerbis oñdit puella maximũ illi laborem eſſe ꝓpoſitum qui cameriũ latitantẽ quærere uelit. Quot aũt & quales fuerint labores Herculis pluribus demonſtrat Diodor⁹. ¶ Tãto te in faſtu negas amice poeta fingit ſe tãdẽ poſt longã iquiſitionẽ puellæ unius indicio inueniſſe camerium. ¶ Audacter: de hoc aduerbio ita ſcribit in primo. Inſtitu. Quintilianus. Inhærẽt tñ quidã moleſtiſſima diligẽtiæ peruerſitate ut audaciter potius dicãt q̃ audacter: licet oẽs oratores aliud ſequanẽ. ¶ Lacteolæ: albæ a lacte cuius color alb⁹ eſt. ¶ Puellæ: emẽdo papillæ: quia pauloante dixit. en hic in Rhoſeis latet papillis. ¶ Verboſa gaudet uenus loq̃lla: Martialis. Nec motu dignaris opus nec uoce iuuare. Nec digitis tanq̃ tura merũqꝫ pares: & gaudet hoc in loco: ut clauſo: triſyllabũ eſt. ¶ Palatũ: pars ꝓ toto. ¶ Dum noſtri ſies: emẽdo dum uẽſi ſim ego particeps amoris: & erit ſenſus: licet tibi os etiam claudere: mõ participes mecũ tuos amores. Martia⁹

Te in templo ſuperi iouis ſacrato
In magni ſimul ambulatione:
Fœmellas omnes amice præhendi:
Quas uultu uideo tamen ſereno.
Sic auelli tis ipſe flagitabam
Camerium mihi peſſimæ puellæ.
Quædã inquit tibi nudulum reduce
En hic in rhoſeis latet papillis:
Sed te quærere iam herculis labos eſt
Tanto te in faſtu negas amice:
Dic nobis ubi ſis futurus: ede
Audacter: comiti hoc libenter ede
Num te lacteolæ tenent papillæ
Si linguam clauſo tenes in ore
Fructus proiicies amoris omnes:
Verboſa gaudet uenus loquella.
Vel ſi uis licet obſeres palatum
Dũ ueſtri ſim ego particeps amoris

Ad Catonem.

o Rem ridiculam cato: & iocoſam
Dignamqꝫ auribus & tuo cachinno
Ride quicquid amas cato catullum
Res eſt ridicula & nimis iocoſa:
Deprendi modo pupulum puellæ
Truſantem: huncꝫ ego ſi placet dione:
Protello rigidæ meæ cecidi.

De Mamurra & Cæſare.

p Vlchre conuenit improbis cinædis:
Mamurræ pathicoqꝫ cæſariqꝫ
Nec mirum maculæ pares utriſqꝫ
Vrbana altera: & illa formiana:
Impreſſæ reſident nec eluentur:
Morboſi pariter: gemelli utriqꝫ
Vno in lectulo erudituli ambo:
Non hic q̃ ille magis uorax adulter:
Riuales ſocii: & puellularum
Pulchre conuenit improbis cinædis.

REM RIDICVLAM. Verſus eſt endecaſyllabus. Poeta noſter declarat Catoni ſe pedicaſſe puerꝫ quendã in amicæ ſuæ cõplexibus depreheñſum. ¶ Ridiculã: riſu dignã. ¶ Cato: ambigit. ad quẽ ſcribat catonẽ. ¶ Auribus. i. auditu. ¶ Tuo cachinno: tuo riſu. ¶ Quicquid amas: quãtũ diligis. ¶ Deprehẽdi: deprehẽdimus ꝓprie oculta. ¶ Pupulũ puellæ: amicæ meæ puerꝫ. Veteres. n. pueros puppos & puellas puppas dixerũt. ¶ Truſantẽ: ceuẽtẽ uel mẽbrũ in uiſcera ipellentẽ: ¶ Protelo: cuſpide. ¶ Meæ rigidæ dæ meæ mẽtulæ rigentis. ¶ Cecidi: percuſſi ſiue uerberaui.

VLCHRE CONVENIT. Verſus eſt Endecaſyllabus. Cõuiciaẽ hoc quoqꝫ epigrãmate Iullio Cæſari & mamurræ formiano oñdẽs eos optie cõgruere. cũ ãbo ſint cynedi: morboſi: uoraces. adulteri: & in amandis puellis riuales. ¶ Pulchre cõueĩt. Cæſar iqt & mamurra bñ cõueniũt. ¶ Nec mirꝫ: nec res mira ẽ eos. ſ. bñ cõueniꝛ ¶ Maculæ. maculas appellat uitiorꝫ notas. ¶ Vrbana: cæſarꝫ. ¶ Formiana: Mãurræ. ¶ Nec eluẽẽ nec lauabunẽ. alludit ãt ad maculas q̃ i ueſtimẽtꝫ factæ aq uel aliq̃ alia re elui ſolẽt. ¶ Morboſi pit: hoc niſi adai morbos referas. Catul. diſſẽtit a Sue. q ſcribit cæſarẽ ꝓſpa ualitudie fuiſſe: niſi ꝙ tpe extrẽo aio linq atqꝫ ẽt p ſõniũ exterreri ſolebat. ¶ Gemelli: nõ re uera gemelli ſed eq̃les. ¶ Voraces: luxurioſi gulæ deditj. ¶ Adult: cæſarẽ adulteriis đlectatũ idicat idẽ Sue. ¶ Riuales ſocii: riuales & riuini dñr æmuli de mulieribus. facta a feris trãſlatiõe q̃ ſitientes cũ ex eodẽ riuo hauſtũ petũt: in ꝓliũ cõtra ſe inuicem cõcitanẽ. Sic Cice. pro Celio. ſin erit ex illo fõte riualis. ¶ Puellarꝫ: ſcribẽdũ ẽ puellularꝫ: ut ſtet uerſ⁹. Suetõi⁹

AELI LESBIA. Verſus eſt eius generis cuius ſuperior. Mœſtus poeta ſcribit ad cælium de
turpiſſimo leſbiæ amicæ ſuæ queſtu: ꝙ lucri dulcedine capta pluribus ſui copiá faciat. ¶ Cœ
li: puto hũc eſſe cæliũ: cuius plurimæ ſunt ad Ciceronẽ epiſtolæ. ¶ Quadriuiis: quadriuia ſũt
loca ubi quatuor uiæ concurrunt. ¶ Angiportis: declinat̃ hic angiportus & hoc angiportũ. ſunt autẽ
Sueto. angiporti uiæ in urbibus anguſtiores: ſicut plateæ latiores. ¶ Glubit: excoriat. Sueto. de Tiberio. præ
ſidibus onerandas tributis prouincias ſuadentibus reſcripſit boni paſtoris eſſe tondere pecus non de-
glubere. ¶ Magnanimos remi nepotes. Remi po
ſteros deſignat Romanos.

ON CVSTOS. Verſus eſt endecaſyl-
labus. Carpit iterum ſed parcius cameriũ
qui abditus inter proſtitutas ita latebat: ut
ab amicis quæritantibus nullo pacto inueniri poſ
ſet. ¶ Non cuſtos ſi ego fingar ille cretum. iuppi
ter ut Apollonius & pauſanias tradunt: cũ euro
pam rapuiſſet eamq; in cretá auexiſſet: ad repellẽ-
dum agenorem eius patrem per littus cuſtodes di
ſpoſuit: inter quos Thalus fuit uir maxime perni-
citatis: ut qui uno die totá inſulá pedibus circuiret
de hoc intelligit Catullus nõ aũt de dedalo. ut plu
rimi exiſtimant. ¶ Nõ ſi pegaſeo ferar uolatu: nõ
ſi me ferat pegaſus equus alatus quẽ de ſanguine
occiſæ Meduſæ natũ poetæ fabulant̃. ¶ Non la-
das: qui primá palmá uelocitatis adeptꝰ eſt: ita eni
ſupra canũ puluerẽ curſitabat: ut harenis penden
tibus nulla indicia relinqueret ueſtigioꝝ: auctor ẽ
ſolinus. ¶ Peniferue perſeus: q iturus ad occiden
dam Meduſam Arpen & Talaria accepit a Mer-
curio. ¶ Nõ rheſi niueæ citæq; bigæ: intelligit cá-
didos Rheſi thraciæ regis equos: quibꝰ pendebát
fata troianoꝝ. Bigas aũt ideo ꝓ equis poſuit: quia
troianis tꝑibus in curribus ſtantes pugnabant.
¶ Plumipedas & uolatiles: pro iis Zetum & calai
accipere debemus: qui ex boreæ & orithiæ concu
bitu orti produntur. ¶ Quos: ſcilicet uentos.
¶ Langoribus: laſſitudinibus. ¶ Pereſus: abſum
ptus: ¶ Quæritando: dum te quærito.

ONONIENSIS RVFA. Verſus eſt
trimeter iambicus. Duos carpit Catullus
rufulum & Rufam: illum ꝙ depereat ru-
fam bononienſem mulierũ pauperrimá: Hanc ꝙ
Rufulo multa offerenti ſe indulgere nolit. ¶ Ru
fa: rufi & rufæ uocant̃ natura rubentes. ¶ Fellat:
ſcribẽdũ eſt fallit. Ná rufa cũ ſciret rufulum amo
re ſui captũ torqueri: eũ poſteaq̃ rem promiſerat:
fallere gaudebat. ¶ Vxor meneni: Vxor dicta eſt
quaſi unxor: Mos namq; fuit ueteribus romanis
ut nouæ nuptæ mariti domum intrantes ad arcẽ-
da ueneficia adipe lupino poſtes iniũgerẽt. ¶ De
Martia. rogo cænam in rogum non ſolũ odores ſed panes quoq; iaciebant̃. ¶ Tonderet̃: uapularet. ¶ Vſto
re: uſtores erant qui pyras erigẽtes mortuos cremabát. Martialis uſtorq; thedas præferat nouæ nuptæ
intrare in iſtum ſola fax poteſt cunnum. ¶ Semiraſo: propter ignem uſtulato. ¶ Lybiſſimis: diximus
a lybia libycus: libyſſus & libyſſimus deriuari. in lybia autem plurimos ac præcipuos eſſe leones mul-
torum teſtantur monumenta. ¶ Aut ſcylla latrans: legimus duas ſcyllas fuiſſe unam Niſi Megarenſi
um regis: alteram phorci & cretidos nymphæ filiam: quam cum glaucus deus marinus amaret: dum ip
ſe amaretur a circe & eam contemneret: illa irata fontem in quo ſcylla ſe ſolebat abluere: infecit uene-
no: in quem cum deſcendiſſet puella media ſui parte in canum latrantium ora mutata eſt. ¶ Ingui-
num parte: interior coxæ pars inguen uocatur. ¶ Tetra: tetrum plura ſignificat fœdum impium uita
bile. & aliquando amarum. ¶ Vt ſupplicis uocem. preces rufuli ſupplicátis. ¶ Nouiſſimo caſu. in ipſa
pene morte. ¶ Contemptam haberes: contemneres.

## Ad Cælium.

c Aeli lebſia noſtra: leſbia illa:
Illa leſbia quam catullus unam
Pluſq̃ ſe: atq; ſuos amauit omnes:
Nunc in quadriuiis: & angiportis
Glubit magnanimos remi nepotes.

## Ad Camerium.

n On cuſtos ſi ego fingar ille cretũ
Non ſi pegaſeo ferar uolatu
Non ladas ego penniferue perſeus:
Non rheſi niueæ citæq; bigæ.
Adde huc plumidas uolatileſq;:
Ventorumq; ſimul require curſum.
Quos iunctos cameri mihi dicares:
Defeſſus tamen omnibus medullis
Et multis langoribus pereſus
Eſſem: te mihi amice quæritando
b Ononienſis rufa rufulum fallit
Vxor meneni: ſæpe q̃ in ſepulchretis
Vidiſtis: ipſo rapere de rogo cœnam:
Quom deuolutum ex igne pſequẽs panẽ.
A ſemiraſo tonderetur uſtore.
Num te leæna montibus libyſſinis
Aut ſcylla latrans iſima inguinũ pte
Tam mente dura procreauit ac tetra:
Vt ſupplicis uocem in nouiſſimo caſu
Contemptá haberes ah nimis fero corde

## Epitalamion Iuliæ & Manlii.

OLLIS O HELICONII. Verſus eſt eiꝰ generis cuiꝰ eſt ille. Dianæ ſumus in fide: ſed hic nõ
quartus ut ibi. ſed quintus quiſq; uerſus loco ſecũdi dactyli habet ſpondeum. Quod ſi ubiq;
non fiat ſcito uerſus deeſſe: aut præteriti temporis inſcitia confuſos fuiſſe. Epithalamion quod
a nobis dici põt carmẽ nuptiale primus apud græcos cecinit Apollo i nuptiis Tethidis & pelei. Apud
nos uero Catullus: Ná cũ iulia Herculi filia mallio uiro clariſſimo nupſiſſet: datũ ẽ huic noſtro nego-
ciũ: ut ſuis uerſibꝰ eoꝝ nuptias celebraret. quapp Catul. amicis obſecuturꝰ cecinit hoc Epithalamion:
quo oẽs ueteris cõnubii ritus nobis detegens Iuli-
am ab ædibus parentũ ad Mallii domũ feliciter p
ducit: inuocat aũt primum Hymenẽ ad ipſas nu-
ptias celebrádas. Hymenis uero nomẽ apud græ-
cos ex eo defluxit ꝙ Hymeneus deus nuptiarũ eẽ
exiſtimat̃ dictus a pot hymenos hoc ẽ a mẽbrana
q̃ cũ ſit clauſtrũ uirgitat in nuptiis rũpit̃: Alii dñt
hymeneũ iuuenẽ fuiſſe q die nuptiaꝝ ruina oppſ
ſus interiit. uñ poſtea inſtitutũ. ut expiatõis gr̃a no
minaret̃ in nuptiis. Illd̃ tñ mag placet ab Hyme-
neo quodá deductũ: q ut ſcribit Plutar. int̃ ſæuiſſi-
ma bella uirgines liberauit: quá ob cám nubentes
eũ iuocare cæperũt. ¶ Helycõii. Helycõ ut Stra.
tradit mons ẽ phocidis altitudine & circuitu parna
ſo æmulus Cyherõ uero mons ẽ boetiæ: ꝙpp qs
illos nõ irrideat q nullũ idon eũ auctorẽ ſecuti dñt
Helyconẽ & cytheronem eẽ uertices ipſius parna
ſi. ¶ Cultor: nomen eſt uerbale. ¶ Vraniæ genꝰ
Vrania una eſt muſarum: quas alii Iouis & memo
riæ: alii i quibꝰ eſt Alcmeon cœli & terræ filias eẽ
aiunt: in numero quoq; diſſentiunt. Nam quidam
tres: alii nouem aſſerunt extitiſſe: uerum nouẽ nu
merus inualuit iis comprobantibus qui habiti ſũt
Homerum dico atq; Heſiodum cæteris doctiores
auctor Diodorus. ¶ O hymenæe hymẽ. hic uer-
ſus dicit̃ intercalaris q frequent̃ poſt aliquátulos
iterpõit̃ uerſus. ſicut itercalares dies aut mẽſes uo
cant̃: q iterponunt̃ ut rõ lunæ ſoliſq; conueniat.
¶ Cinge tpa. cinge caput: ps ꝓ toto. ſunt aũt tpa
ut in prio de aĩalibꝰ docet Ariſto. ptes capitis int̃ Ariſto.
oculos aures & uerticẽ. ¶ Amaraci: amaracꝰ her
ba eſt odoris ſuauiſſimi: quá Aegyptꝰ & ſyria ſan
ſucũ appellauere. ¶ Flammeũ cape flámeũ uelũ
erat lutei coloris: quo nouæ nuptæ facies tegebat̃
Plini. lib. xxi. lutei uideo honorẽ antiqſſimũ in nu Plinius
ptialibꝰ flámeis totũ fœminis cõceſſum & Martiá. Martia.
flámea texũt ſpõſæ: iá uirgo pata ẽ tõdebit pueros
iá noua nupta ſuos. ¶ Luteũ: luteꝰ ut apd̃. A. gel.
docet phauorinꝰ color ẽ ſubrufus: q̃lis erat color flámei ad idicandũ uirgis pudorẽ. ¶ Soccũ: ſoccꝰ ẽ Suetõiꝰ
altiuſculũ fœmiaꝝ calciamẽtũ. Sueto. i uita. C. Cæſaris aliqñ in ſpeculatoria caliga: nõnũq̃ i ſocco mu
liebri. ¶ Excituſq; hilari die: feſtiua luce uocatꝰ: ¶ Nuptialia carmia: Epithalamiõ uel uerſus feſcẽni-
nos: de qbꝰ ſuo loco dicet̃. ¶ Pelle humũ pedibꝰ: terrá iqt pedibꝰ q̃tiẽs ſaltato. q. n. ſaltát ii humũ pedi
bus pellere uident̃. Hora. Gaudet inuiſá pepulliſſe foſſor ter pede terrá. ¶ Spineá q̃te thedá: faces nu- Horatiꝰ
ptiales de qbꝰ poſtmodũ ſermo erit: ex ſpina fieri ſolitas idicat Pli. his qdẽ uerbis. Cõmitat̃ & ſpina nu
ptiaꝝ facibꝰ auſpicatiſſima: qm̃ inde fecerũt paſtores q rapuerũt ſabinas. ¶ Náq; iulia mallio. rõ cur
Hymeneũ amaraci floribꝰ coronatũ uenire uelit ſicut flámeũ facẽq; & reliq̃ q̃ ad nuptias ptinent ſecũ
ferat. ¶ Qualis idaliũ colẽs: cõpat iuliæ formá cũ uener pulchritudine: cũ dicat iuliá talẽ nubẽ Mallio
q̃lẽ uenꝰ ſe oñdit paridi tunc cũ de malo aureo int̃ deas certatũ ẽ. ¶ Bona cũ bõa nubit alite uirgo: iu-
lia iqt nubit cũ bono auſpicio ſine quo priſci Romái nihil faciebát ꝓcipue nuptias: cuiꝰ moris gnarus
Virg. i prio. Aeneidos ait. Cui pr̃ itactá dederat primiſq; iugarat auſpiciis. ¶ Floridis uelut enitẽs: rur
ſus cõfert iuliæ nitorẽ cũ floridis myrti ramulis: quá arborẽ ueteres iõ ueneri cõſecratá eẽ uoluerũt qa
ipſa gaudet littoribꝰ: & uenꝰ de mari dr̃ eẽ ꝓcreata: uel ꝙ ut medicoꝝ idicát libri: apta ẽ plurimis mulieꝝ
neceſſitatibꝰ. ¶ Amadriades deæ: Driades ſt̃ Nymphæ ſyluaꝝ: q̃ cũ arboribꝰ naſcũt̃ amadriades: Mõ
tiũ oreades: fõtiũ napeæ uel naiades mar uero Nereides. ¶ Ludicꝝ ſibi: rẽ uoluptat plená. ¶ Quare:
cũ talis ſit iulia. ¶ Huc aditum ferens. huc ueniẽs. ¶ Theſpiæ rupis: montis helycõii. theſpia ut ſcribit
Strabo oppidum fuit helyconi proximum criſſeo imminens ſinui.

c Ollis o heliconii
Cultor: uraniæ genus
Qui rapis teneram ad uirum
Virginem o hymenæe hymen
Hymen o hymenæe
Cinge tempora floribus
Suaue olentis amaraci:
Flammeum cape: lætus huc
Huc ueni niueo gerens
Lutheum pede ſoccum:
Excituſq; hilari die
Nuptialia concinens
Voce carmina tinnula
Pelle humum pedibus: manu
Spineam quate tædam.
Namq; iulia mallio
Qualis idalium colens
Venit ad phrygium uenus
Iudicem: bona cum bona
Nubet alite uirgo:
Floridis uelut enitens
Myrtus agia ramulis:
Quos amadryades deæ
Ludicrum ſibi roſido
Nutriunt in humore
uare age huc aditum ferens
Perge linquere theſpiæ

¶ Aonios ſpecus. Antra muſarum: quæ a popu-
lis Boetiæ aonides ſunt appellatæ. ¶ Aganippe.
Plinius. Fons eſt in agro thebano muſis ſacer. Plinius præ
terea fontes in Boetia oedipodia pſammata dirce
epigranea Arethuſa. Hippocrene. Aganippe: &
gargaphie. ¶ Dominam. Iuliam mallii ſponſam.
¶ Amore reuinciens. Amoris uinculis implicãs.
¶ Tenax hedera. Cuius tres ſunt ſpecies candi-
da. Nigra & tertia quæ Helix uocaẽ. Arbores ne-
cat candida omnẽq; ſuccum auferendo tanta craſ
ſitudine augetur ut ipſa arbor fiat ſed de ea plura
legito apud plinium. ¶ Vos item. monet puellas
nuptuas Catul. ut ipſe quoq; Mallii & Iuliæ nu-
ptias celebrantes canant hymeneum. ¶ Integræ:
incorruptæ. ¶ Par dies. nubendi. ¶ In modum:
in ordinem. ¶ Vt lubentius audiens ſe: dicite in-
quit Hymeneum ut cum audierit ſe citari ad ſuũ
officium libentius ueniat. ¶ Citarier: procitari. pa
ragoge. q̃ figura comici frequẽter utunẽ. ¶ Huc
aditum ferat: huc ueniat. ¶ Boni cõugator amo
ris: matrimonii copulator ſiue cõnubii auctor.
¶ Quis deus magis amatis eſt petendus amanti-
bus: Docet Catullus nihil magis expetendum eẽ
ab iis qui amant: q̃ ut ipſi matrimonio iungantur.
¶ Cælitum: deorum. ¶ Te ſuis tremulus parens
Inuocat. Pater inquit iam ſenex optat ut te fauen-
te filiæ ſuæ nubãt. ¶ Tibi uirgines zonula ſoluũt
ſinus: puellæ poſtq̃ nupſerant: amiſſuræ uirginita
tem zonam deponebant. Erat autem ut ante dixi-
mus Zona cingulum ex lana ouis quo uenter uir
ginalis præcingebatur. ¶ Soluũt: dierefis. ¶ Te
Dieresis timens cupida nouos captat aure maritos. expreſ-
ſit morem puellarum: quæ dũ cupiũt nubere are-
ctis ut aiunt auribus aucupantur uerba parentum
dum illi conſultant quos aſciſcant ſibi generos.
¶ Matris e gremio ſuæ dedis: quia ſponſa ueteri
inſtituto e gremio matris rapi ſimulabatur. ¶ Nil
poteſt ſine te uenus fama quod bona comprobet
commodi capere. Venus inquit niſi amantes ma-
trimonio iungantur nihil habet quod ſit laudãdũ.
¶ Compararier. paragoge. ¶ Nulla quit ſine te
domus. Senſus eſt nullam familiam in qua non ſit
matrimonium filios legitimos habere poſſe neq;
parentes ſtirpe circundari.

Rupis aonios ſpecus
Nympha quos ſup irrigat
Frigerans aganippe:
Ad domũ dominam uoca
Coniugis cupidam noui:
Mentem amore reuinciens:
Vt tenax hedera hac & hac
Arborem implicat errans.
Vos item ſimul integræ
Virgines quibus aduenit
Par dies: agite in modum
Dicite o hymenæe hymen
Hymen o hymenæe
Vt lubentius audiens
Se citarier ad ſuum
Munus: huc aditum ferat.
Dux bonæ ueneris boni
Coniugator amoris.
Quis deus magis amatis
Eſt petendus amantibus
Quem colet hoies magis
Cœlitũ: o hymenæe hymẽ
Hymen o hymenæe
Te ſuis tremulus parẽs
Inuocat tibi uirgines
Zonula ſoluunt ſinus:
Te timens cupida nouos
Captat aure maritos.
Tu fero iuueni in manus
Floridã ipſe puellulam
Matris e gremio ſuæ
Dedis. o hymenæe hymen:
Hymen o hymenæe
Nil poteſt ſine te uenus:
Fama quod bona comprobet
Commodi capere: at poteſt
Te uolente: quis huic deo
Compararier auſit?
Nulla quit ſine te domus
Liberos dare: nec parens
Stirpe uincier. at poteſt
Te uolente: quis huic deo
Compararier auſit?

Quæ tuis careat ſacris
Non queat dare præſid
Terra finibus: at queat
Te uolente. quis huic deo
Compararier auſit?
Clauſtra pandite ianuæ.
Virgo adeſt: uidẽ ut faces.
Splendidas q̃tiũt comas
Tardet ingenuus pudor
Quẽ tamen magis audiens
Flet: quod ire neceſſe eſt:
Flere deſine: non tibi.
Herculeia periculum eſt
Ne qua fœmina pulchrior
Clarum ab oceano diem
Viderit uenientem:
Talis in uario ſolet
Diuitis domini hortulo
Stare flos hiacynthinus
Sed moraris abit dies
Prodeas noua nupta:
Iam uidetur: & audias
Noſtra uerba uide: ut faces
Aureas quatiunt cõas
Prodeas noua nupta:
Non leuis tuus in mala
Deditus uir adultera
Probra turpia perſequens.
A tuis teneris uolet
Secubare papillulis:
Lenta quæ uelut adſitas
Vitis implicat arbores
Implicabitur in tuum
Complexum: ſed abit dies
Prodeas noua nupta.
O cubile quod omnibus
Candido pede lectis:
Quæ tuo ueniunt hero
Quanta gaudia? q̃ uaga
Nocte: quæ media die
Gaudeas: ſed abit dies:
Prodeas noua nupta.
Tollite o pueri faces
Flammeum uideo uenire

¶ Quæ tuis careat ſacris non queat dare pſides
terra finibus. optat: ut regio illa in qua nõ ſunt ma
trimonia: non habeat uiros quos ad tuendos fines
hoſtibus opponat. ¶ Clauſtra pandite ianuæ: cũ
Iulia ad ſponſum proficiſcens e domo parentũ ſit
exitura: Catul. monet eius domeſticos ut hoſtium
pãdãt. ¶ Clauſtra ianuæ. fores. Periphraſis. ¶ Vi
den? uides ne. ¶ Vt faces ſplendidas quatiunt co
mas: comæ facum ſunt flãmæ: quæ motu crebrio
re fouenẽ. Moris aũt fuit apud priſcos Romanos
ut quinq; faces: quas ipſi cereos appellabant. a pue
ris ante nouam nuptam geſtarentur. Auctor eſt
Plutarchus. ¶ Tardet: domi moreẽ. ¶ Ingenuus Plutar.
pudor: qui ingenuis hoibus eſſe ſolet. ¶ Quem
pudorem audiens: dum nos loquendo eum nomi
namus. ¶ Flet. plorat. ¶ Ire neceſſe eſt: ad ſpon-
ſum. ſ. ut ab eo compreſſa pudorẽ amittat. ¶ Fle-
re deſine: monet iuliam ne fleat. ¶ Nõ tibi pericu
lum eſt ne q̃ fæmina pulchrior: ſenſus eſt. non eſſe
timendum cum nulla puella in toto orbe ſit pul-
chrior. ¶ Ab oceano diem uiderit ueniẽtẽ: ſol cũ
oritur ex oceano emergere: cum occidit ineundẽ
oceanum deſcendere uidetur. ¶ Talis in uario ſo
let. Similitudo qua oſtendit Iuliam non differre
ab iacyntho pulchritudine. ¶ Vario. propter her-
bas & flores. ¶ Iacynthinus. iacynthus ut ſcribit
Plinius. lib. xxi. hiſt. nat. flos eſt: quem duplex fa-
bula comitaẽ luctum præferẽtis eius quẽ Apollo Plinius
dilexerat: aut ex Aiacis cruore editi ita diſcurrenti
bus uenis ut litterarũ græcaq; figura ea legatur in
ſcripta. ¶ Sed moraris. ſed nos retardaſ. morari. ne
ultra propriã ſignificationẽ quæ eſt expectare uel
expectari: ſignificat etiam retardare. Teren. ne ue
ſtrum remorer cõmodum. ¶ Prodeas noua nu-
pta: moneẽ iulia ut de domo parentum iam exeat
ad uirum ſuum itura. ¶ Et audias noſtra uerba:
quæ nos cauendo loquimur aureas. ſplenden-
tes inſtar auri. ¶ Non leuis tuus in mala deditus
uir adultera: uir inquit tuus non leuis ſed conſtãs:
nec deditus adulteriis a te non ſecubabit: imo poti
us implicabitur in tuos cõplexus nõ ſecus ac uites
implicãt uicinas arbores. locutus eſt aũt Catullus
ſecundũ ſitum Italiæ in qua uites altius eleuatæ ar
boribus applicãtur. Virg. in primo. Georg. Quid
faciat lætas ſegetes quo ſydere terrã: uertere Me-
cænas ulmiſq; adiũgere uites cõueniat: & in ſecũ-
do. Nõ eadem arboribus pẽdet uindemia noſtris.
¶ O cubile quod omnibꝰ. Alloquitur lectũ Mal
lii genialem: quem ait propter futuras domini uo
luptates cæteris lectis eſſe longe anteponendum.
¶ Quæ uaga nocte quæ media die gaudeat: pro-
pter quæ gaudia die noctuq; lætetur. ¶ Prodeas:
exeas ad uirum ut diximus itura. ¶ Tollite pueri
faces: monẽtur pueri ut ſponſa iam ueniẽte faces
tollant. ¶ Flammeum. quid hoc eſſet & cuius co-
loris: antea indicauimus.

¶Ite cōcinite in modū: cū Iulia tandē egreſſa ad
uiri ſui ædes tēdat. impat eius comitibus ut ſimul
gradiētes cōcinant. ¶Feſcenina locutio. Feſceni
ni uerſus erāt. qui obſcænitatis pleni in nuptiis ca
nebanſ. De his mentionē faciunt: pter Catullū &
Sex Pompeium. Plinius quoq; & diuus Hierony
mus. ¶Nec nuces pueris neget. Cōcubini quibꝰ
licēter ueteres abutebanſ turpi obſequio renūciā
tes nuces pueris ſpargebāt: ut ſe oia puerilia repu
Perſius. diare ſignificarēt. Perſius & nucibus facimus quæ
cūq; relictis: ſecundū quā cōſuetudinē Catul. mo
net Mallii cōcubinū ut pueris nuces ſpargat: cum
mallius eiꝰ dn̄s uxorē ducat. ¶Satis diu luſiſti nu
cibus ſatis diu inter pueros uerſatus turpiſ uixiſti.
¶Lubet iā ſeruiſ Thalaſſio. Placet Mallio uxorē
ducere. Thalaſſius deus erat nuptiaꝝ apud Ro
manos ut apud Græcos Hymeneus: cuiꝰ laudes
laſciuis uerſibus canebanſ. Marti. Quid ſi me iu
beas thalaſſionē uerbis dicere ñ thalaſſiōis. ¶Cō
cubine nuces da urget pueꝝ ut nuces ſpargere i
cipiat. ¶Sordebāt. emēdo ſordebā: & ē ſenſus ho
die atq; heri cū eſſes imberbis: ego a te negligebar:
ſed tonſor iā os tibi tōdet. ¶Cinerarius poſuit ci
nerariū p tōſore: de q̄ uoce ita diſſerit. M. Var. ca
lamiſtꝝ q calfactū in cinere capillus orneſ: q ea
miſtrabat a cinere. Cinerarius ē appellatꝰ. ¶Di
ceris male te a tuis. Apoſtrophat ad Malliū quē fe
ſcenini carminis licētia monet ut poſt ductā uxo
rē a Cynedis abſtineat: Licet ab iis ægre abſtinere
Plinius. dicaſ. ¶Glabris imberbibus. Glaber pprie dicif
Plautus ſine pilis. Plini. lib. xi. quadrupedū dorſa piloſa uē
tres glabri: & Plautus i ulularia. Tu iſtū gallū ſi ſa
pis glabriorē reddes: mihi q̄ uolſus ludiꝰ ē. ¶Sci
mus hæc tibi quæ licēt ſoli cognita: nos inquit ſci
Martia. mus tibi licere ut uxore p puero abutaris. iuxta il
lud Martialis. Pædicare ſemel cupido dabit illa ma
rito. Dum metuit teli uulnera prima noui. ¶Sed
marito iſta non eadem licēt: quia turpiſſimum eſt
ſi uir uxorem pædicet. ¶Nupta tu quoq; monet
nunc Iuliam: ut ſi uir ea abuti uoluerit: ipſi obſe
quatur: ne Mallius uxori ſuæ iratus adeat Cyne
dos. ¶Aliunde a pueris aduerbiū pro nomine.
¶En tibi domus ut potens. oñdit Iuliæ ædes ma
riti ſui. ¶Quæ tibi ſine fine ſeruiat uſq; dū tre
mulū mouēs cana tempus anilitas: quæ īquit do
mus tibi famuleſ donec anus fias. ¶Tempus ca
put pars pro toto. ¶Anilitas ſenecta caput. n. ho
minibus in ſenectute albeſcens ut plurimum tre
mulum eſt: ut omnia omnibus annuere uideanſ.

Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe
Ite concinite in modum
Nec diu taceat procax
Feſcenina locutio:
Nec nuces pueris neget
Deſertum domini audiens
Concubinus amorem.
Da nuces pueris iners
Concubine: ſatis diu
Luſiſti nucibus: lubet
Iam ſeruire thalaſſio
Concubine nuces da.
Sordebā tibi uillice
Concubine hodie atq; heri
Nunc tuum cinerarius
Tondet os: miſer ah miſer
Concubine nuces da.
Diceris male te a tuis
Vnguētate glabris marite
Abſtinere: ſed abſtine:
Io hymen hymenæe io.
Io hymen hymenæe
Scimus hæc tibi quæ licent
Soli cognita: ſed marito
Iſta non eadem licent
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe
Nupta tu quoq; quæ tuus.
Vir petet: caue ne neges
Ne petitum aliunde eat
Io hymen hymenæe io.
Io hymen hymenæe
En tibi domus ut potens
Et beata uiri tui:
Quæ tibi ſine fine ſeruiat
Io hymen hymenæe io.
Io hymen hymenæe.
Vſq; dum tremulum mouens
Cana tempus anilitas.
Omnia omnibus annuit.
Io hymen hymenæe io:
Io hymen hymenæe.

¶Tranſfer omine cū bono limen: cū Iulia ſit Mallii domū ingreſſura moneſ ut ſic ingrediaſ ne li
men pedibus attingat. Antiqui. n. tā ingredientiū q̄ egredientiū pedes in limine obſeruabant. Nā ſi qd
offendiſſent ianū & ueſtā deos iratos eſſe dicebāt. Plautus in caſſina. Senſim ſuper attolle limen pedes
noua nupta: ſoſpes iter incipe hoc ut uiro tuo ſemp ſis ſuperſtes. Tibullus. O quoties ingreſſus iter mi
hi triſtia dixi Offenſum in porta ſigna dediſſe pedē. Plutarchus aūt oſtendit eū priſcis romanis morem Plutar.
fuiſſe: ut nouā nuptā altius ſublatā in domū uiri inferrent. Eius uerba hæc ſunt. Quid eſt q noua nu
pta ipm limē trāſcēdere nō pmittiſ: an q q primas
mulieres rapuerūt: ſic eas domibus intulerūt: non
ipſæ ingreſſæ ſunt an eo inuitæ ingredi uideri uo
lunt: ubi pudicitiā ſint amiſſuræ: an hoc potius ſi
gnū eſt ipſam ſua ſpōte domū nō exiturā nec ſu
os relicturā fuiſſe: niſi cogereſ queadmodū ul co
acta ingreſſa eſt. ¶Omine cū bono: cū bono au
gurio: Omē aūt ut Donatus ait: eſt qcquid ore dr
¶Limen: limina ſunt lapides quibus per trāſuer
ſum poſitis ianua ſuſtineſ: qui uero utrunq; latus
muniunt paraſtades a Victruuio noianſ: a nobis
antæ. ¶Aſpice. oſtēdit Iuliæ maritū inter æqua
les diſcūbētē: moris nāq; erat: ut per id tēpus quo
noua nupta ad domū uiri ſui pducebaſ: uir ipſe cū
æqualibus cœnaret. ¶Accubās: diſcūbēs. ¶Ty
rio in thoro: i lecto purpureo. Veteres. n. ſtratis tri
bus thoris epulabanſ. Virgi. Cū uenit auleis iā ſe Virgi.
regina ſupbis Aurea cōpoſuit ſpōda mediāq; lo
cauit: & Iuue. Optima ſiluaꝝ interea pelagiq; uo Iuue.
rabit Rex hoꝝ uacuiſq; thoris tātū ipſe iacebit: &
infra. Ergo duos poſt ſi libuit mēſes neglectū ad
hibere clientē Tertia ne uacuo ceſſaret culcitra le
cto. Martialis quoq; nō uno in loco hoc aptiſſime Martia.
demōſtrat. Quod aūt lectus & thorus idē ſint ne
mo eſt qui ignoret. ¶Totus imineat tibi: in tuos
amplexus pendeat. ¶Illi nō minus ac tibi: Malliꝰ
inqt uir tuus nō minus q̄ tu ſed occultius amoris
igne abſumiſ. ¶Penite: penitꝰ aduerbiū: quo uſi
ſūt ueteres. ¶Mitte brachiolū teres ptextatæ pu
ellulæ: monet Catullus paralymphū ptexta indu
tum: ut nouā nuptā ad uiri lectū pducturus ei bra
chiū iniciat. ¶Iam cubile adeat uiri: hoc dicit poe
ta poſteaq̄ uidet eundē paralymphū impata feciſ
ſe. ¶Vnis ſenibus bonæ: petit a pronubis ut Iuli
am in lecto collocent. Ordo eſt: bonæ fœmiæ bre
ue cognitæ unis ſenibus. uetulæ. n. a ſolis ſenibus
neq; in lōgū cognoſcunſ. ¶Iā licet uenias mari
te: cū pronubæ prout iuſſæ erāt Iuliā in lecto col
locauerint. Mallius acceſſiſ: ut cū ſpōſa ſua cubet
¶Velut parthenice: hærba eſt pthenice quæ fert
flores albi coloris. ¶Luteumue papauer. Tria fūt
ut Plinius indicat genera papaueris albū nigrū & Plinius
tertiū qđ græci rhiam uocāt: eius flos lutei coloris
eſt. ¶Nō diu remoratus es: apparet Malliū nihil
cūctatū eſſe: ſed uocatū illico aduen iſſe. ¶Inue
nit: emendo iuuerit. ¶Quoniam palā qđ cupis ca
pis: quia nobis inſpicientibus lectum in quo uxor
tua cubat: inſcendere non uereris. ¶At marita tu
um tñ: ſuadet iuliæ: q licet Mallius prodat amorē
quo uxorem proſequitur: ipſa tamen ſuum celet:
licet amor ſit honeſtus: quia eum amat cui nupſit
¶Celites: abſcondas. ¶Pulchra res. pulchrū eſt:
ſi mulier celet amorem: quāuis ille ut diximus ſit
honeſtus.

Tranſfer omine cō bono
Limen aureolos pedes:
Raſilemq; ſubi forem:
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe
Aſpice unus ut accubans
Vir tuus tyrio in toro
Totus imineat tibi
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe
Illi non minus ac tibi
Pectore uritur intimo
Flāma ſed penite magis.
Io hymen hymenæe io.
Io hymen hymenæe
Mitte brachiolū teres
Pretextatæ puellulæ
Iam cubile adeant uiri:
Io hymen himenæe io
Io hymen hymenæe
Vnis ſenibus bonæ
Cognitæ breue fœminæ
Collocate puellulam.
Io hymen hymenæe io
Io hymen hymenæe
Iam licet uenias marite:
Vxor in thalamo eſt tibi
Ore floridulo nitens
Alba parthenice: uelut
Lutheum ue papauer
Non diu remoratus es:
Iā uenis bona te uenus
Iuuerit: quoniam palam
Qd cupis capis & bonū
Nō abſcondis amorem.
At marita tuum tamen
Celites nihilominus
Pulchra res neq; te uenꝰ
Negligit: ſed abites.
Perge: ne remorare

Ille pulueris erythrei
Syderumq̧ dicantium:
Subducat numerum prius.
Q ui ueſtri numerare uult
Multa milia ludere.
Ludite ut lubet: & breui
Liberos date non decet.
Tam uetus ſine liberis
Nomen eſſe ſed indidem
Semper ingenerari.
Torquatus uolo paruulus
Matris e gremio ſuæ
Porrigens teneras manus
Dulce rideat ad patrem:
Sed mihi ante labello
Sit ſuo ſimilis patri
Manlio & facile inſciis
Noſcitetur ab omnibus:
Et pudicitiam ſuæ
Matris indicet ore.
Talis illius a bona
Matre laus genus approbet
Q ualis unica ab optima
Matre telemacho manet
Fama penelopeo.
Claudite hoſtia uirgines
Luſimus ſatis at boni
Coniuge bene uiuite: &
Munere aſſiduo ualentem
Exercete iuuentam.

Hexametrũ carmen nuptiale edylion

Nũ. u Eſper adeſt: iuuenes conſurgite ueſper olympo.

¶ Ille pulueris erythrei: negat poſſibile eẽ numero colligere Mallii & Iuliæ luſus: cum dicat facilius eẽ ſubducere maris rubri harenas uel ſidera. Tale eſt illđ uirgilii in.ii. Georg. ubi de uitibus ſermo habet.

Virgi. Sed neq̧ quã multæ ſpecies: nec nomina quæ ſint.
Eſt numerus: neq̧ enim numero comprehendere refert.
Q uem qui ſcire uelit libyci uelit Aequoris idem
Diſcere: q̃ multæ zephyro turbentur harenæ.

¶ Pulueris erythrei: maris rubri harenas. Mare.n. quod nos rubrum uocamus: Græci erythreũ appellant: de quo ita ſcribit Plinius li.vi. (Plinius) irrumpit deinde & in hac parte geminũ mare in terras: rubrũ dixere noſtri: græci erythreũ. a rege erithra: aut ut alii ſolis repercuſſum talem reddi colorẽ exiſtimãtes. alii harena terraq̧. alii tali aquæ ipſius natura; & Strabo li.xvi. (Strabo) Coſmographiæ cætera uero partim refert quemadmodum Erathoſthenes partim & ab aliis hiſtoricis ſumpta dicit enim quoſdam putare mare rubrum eſſe a colore per refectionẽ expreſſo uel a ſole cum ſupra uerticẽ eſt: uel a montibus ex aduſtione rubentibus. Nam utroq̧ modo ueriſimile eſt. Ceſiam uero gnidiũ hiſtoriæ mandaſſe fontem quendam eſſe, qui aquam rubicundam ac minio plenam in mare emittit. ¶ Siderũq̧ micantium: ſtellarum fulgentium: (Micare) Micare enĩ proprie eſt ſubinde & per interualla ut micæ faciunt fulgere. (Virgi.) Virg. micat ignibus æther. & alibi ardentes clipeos atq̧ æra micantia cerno. ¶ Subducat: numero colligat. ¶ Veſtri ludere: uẽſtrorũ luſuũ figura locutiõis. Sic etiã Perſius. Tũ cũ ad caniciẽ & nrm iſtud uiuere triſte. & paulo infra. Scire tuũ nihil eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter. ¶ Breui intra paucos menſes. ¶ Liberos date: filios ꝓcreate. ¶ Nõ decet: nõ cõuenit. ¶ Tã uetus nomen: ſubaudi torquatorũ de qbus poſtea dicet. ¶ Indidem: ex torqtis aduerbiũ pro noie. ¶ Torquatus uolo paruulus: optat ut iulia puerũ pariat: qui e matris gremio teneras man⁹ tendẽs ad patrẽ dulciter rideat. Torquatorũ aũt familia int Romanos clariſſima extitit: ex qua. T. Malli⁹ cũ in ſingulari certamine gallũ obtruncaſſet: eiq̧ aureũ torquẽ detraxiſſet ſibi & poſteris torquati inuenit cognomẽ auctores ſunt Liuius Pli. & Gelli⁹. ¶ Sed hiante labello. emẽdo. ſed mihi añ labello. ¶ Sit ſuo ſimilis pri mallio. optat ſecundo loco ut puer ſi quis tñ naſcet tale labrũ hẽat. qle hẽt Mallius. ¶ Et facile noſcitet. ꝑ labrũ. ſ. ¶ Ab oĩb⁹ inſciis. qui ignorabũt eũ eẽ Mallii filiũ. ¶ Et pudicitiæ mrís ſuæ indicet ore. ſit ore ꝓbo & pudico qli eſt Iulia. ¶ Talis illi⁹ a bona. hic quoq̧ optat Catull⁹. ut idẽ puer ſic laudet int æqles ab Iuliæ pudicitiã. ut laudatus eſt telemachus uliſſis & penelopes fili⁹ ab mrís caſtitatẽ q̃ a græcis parit & latinis abũde celebrata ẽ. ¶ Hoſtia claudite uirgines. ipat uirginib⁹. q̃ Iuliano ad Malliũ deduxerũt. ut abituræ cubiculi fores claudãt. ¶ Satis luſimus. ſatis cecinimus. ¶ Bene: concordit. ¶ Aſſiduo munere: aſſiduis cõplexib⁹ cõiugũ.n. officiũ eſt ut filios ꝓcreaturi crebro coeãt.

ESPER ADEST IVVENES cõſurgite. Carmen eſt Heroicium cuius inuentor Apollo fuiſſe perhibet. Pli. lib. vii. hiſt. nat. Verſũ heroicũ pythio oraculo debem⁹. Dũ Iulia ad malliſ domũ deducit. Iuuenes utriuſq̧ ſex⁹ q apđ ipm malliũ cænarũt: cũ ſciãt paulo poſt ſpõſã affuturã: cõſurgũt: ut certatim canant. Quorũ puellæ uirginitatẽ cõmẽdãtes cõiugiũ uituperãt. Adoleſcẽtes uero iſpecta ei⁹ tũ dulcedine tũ utilitate maxie laudãt. ¶ Veſper adeſt. ueſp iã apparet. ¶ Iuuenes cõſurgite: un⁹ iuuenũ cæteros hortat. ut cũ ueſp adſit & noua nupta iã ſit affutura cõſurgãt. Int ſtellas errãtes uenus eſt: q̃ Boſphoros græce latine lucifer dicit cũ anteit ſolẽ: cũ uero ſubſequit ueſp ueſperus & Heſperus & a quibuſdam ueſperugo. Plautus in amphitrione: nec ueſperugo nec uergiliæ occidunt. ¶ Expectata: q̃ mallius cũ ſponſa ſua cubiturus diu expectauit. Nã ut Plutarch⁹ aſſerit certis de cauſis cauebat: ne ſponſus ante noctis aduentũ cũ ſponſa cubaret. ¶ Pingues: propter carnes. ¶ Virgo: Iulia. ¶ Iam dicet hymeneus: iam cantabit epitalamiõ. ¶ Cernitis inuptæ: hic itẽ una puellarũ cæteras hortat: ut iuuenibus cõſurgentib⁹ ipſæ quoq̧ cõſurgant. ¶ Nimirũ: certe. ¶ Noctifer ibres: cmẽdo ignes appellat aũt noctiferũ ipſum ueſperũ q̧ noctẽ ferat. ¶ Perniciter: uelociter. ¶ Nõ temere: nõ ſtulte: non ſine cauſa: ſine ratiõe. ¶ Exiluere: una ſurgẽtes ſteterũt. ¶ Hymen o hymenæe. hic uerſus eſt intercalaris qui ſæpius interponit: de eo ãt iam diximus. ¶ Aſpicite: & hic quoq̧ unus iuuenum cæteros alloquit. ¶ Innuptæ uirgines: quæ nondũ nupſerunt. ¶ Secũ ut meditata requirant ut nobiſcũ cantu certaturæ inter ſe quærant: quæ ſingulæ excogitarũt. ¶ Nõ facilis nobis æquales palma parata eſt. Aequales caſus eſt uocandi. Sẽſus aũt nõ facile erit nobis uincere. ¶ Habẽt memorabile quod ſit: habent quod ſit dignũ memoratu. ¶ Nos alio mentes: nos aliud mente: aliđ auribus agimus: & ideo uincemur. ¶ Cõmittite: cõiungite: ſic ut unã tm̃ rem agamus hoc eſt quomõ puellas uincere poſſimus. ¶ Incipient: puellæ.

Expectata diu uix tandem lumina tollit
Surgere iã tẽpus: iã pingues linqre mẽſas:
Iã ueniet uirgo iam dicetur hymeneus
Hymẽ o hymẽæe hymẽ addes o hymẽæe
Cernitis innuptæ iuuenes? cõſurgite cõtra
Nimirũ eoos oſtendit noctifer ignes
Sic certe: uiden ut perniciter exiluere?
Non temere exiluere: cauet quo uiſet paret
Hymẽ o hymenæe hymẽ ades o hymẽæe
Aſpicite inuptæ ſecũ ut meditata reqrunt.
Nõ facilis nobis: æqles palma parata ẽ:
Nõ fruſtra meditãt. hẽnt mẽorabile qđ ſit
Nos alio mentes: alio diuiſimus aures
Iure igit uincemur: amat uictoria curam.
Q uare nũc aĩos ſaltẽ cõmittite ueſtros:
Dicere iã incipiẽt: iã reſpõdere decebit:
Hymẽ o hymenæe hymẽ ades o hymẽæe
Heſpere q cælo lucet crudelior ignis
Q ui natã poſſis cõplexu auellere matris
Cõplexu matris retinentẽ auellere natam.
Et iuueni ardẽti caſtã donare puellam.
Q uid faciunt hoſtes capta crudelius urbe
Hymẽ o hymeneæ hymẽ ades o hymẽæe
Heſpere qui cælo lucet iucundior ignis
Q ui natã poſſis cõplexu auellere matris
Q ui deſponſa tua firmes connubia flãma
Q đ pepigere uiri pepigerũt ante parẽtes
Nec iunxere prius: q̃ ſe tuus extulit ardor.
Q uid datur a diuis fœlici optatius hora
Hymẽ o hymenæe hymẽ ades o hymẽæe
Heſpus a nobis æquales abſtulit unam
Nãq̧ tuo aduẽtu uigilat cuſtodia ſemp
Nocte latẽt fures quos idem ſæpe reuertẽs
Veſpere mutato cõprẽhẽdis noie eoſdem
Hymẽ o hymenæe hymẽ ades o hymẽæe
At lubet innuptis ficto te carpere queſtu:
Q uid tũ ſic carpũt tacita qđ mẽte reqrũt:
Hymẽ o hymẽæe hymẽ ades o hymẽæe
Vt flos in ſeptis ſecretus naſcitur hortis
Ignotus pecori: nulli contuſus aratro:

¶ Reſpondere decebit. ſ. nos iuuenes. ¶ Heſpere: puellæ priores canere incipiũt. Negãt aũt i cœlo ullã eſſe ſtellã heſpero crudeliorẽ: quoniã eo apparere incipiente uiris puellas e gremio matrũ rapere fas eſt. ¶ Cõplexu auellere: diximus moris fuiſſe ut noua nupta e gremio matris rapi ſimularetur. ¶ Q uid faciunt hoſtes: qui ubi urbẽ aliquã expugnauerũt: illico diſcurrũt ad uirgines rapiendas uitiandaſq̧. ¶ Heſpere qui cœlo lucet iucundior ignis. Iuuenes puellis reſpõdentes eundẽ heſperum maxime laudant. dicentes in cœlo nullã eſſe ſtellam iucundiorem: quia ubi apparere cœpit ſponſo ſponſam rapere licet. ¶ Pepigere: pria huius uerbi poſitio ut in primo inſtitutionũ docet Quintilianus eſt pago: quæ tamen iam tum exoleuerat. ¶ Nec iunxere prius: nec ante coiere. ¶ Quam ſe tuus extulit ardor: q̃ te terris oſtendere cœpiſti. ¶ Heſperus a nobis: conqueruntur puellæ q̧ ueſper unam e cœtu ſibi rapuerit. ¶ Nãq̧ tuo aduentu: heſperum infectantes hoc quoq̧ icõmodum ex eo naſci dicunt: q̧ ubi fulgere cœpit ad coercẽda maleficia nocturni urbium cuſtodes qui proprie circitores uocant: uigilare cogunt. fures uero erumpunt: ut in angulis latentes uiatoribus inſidient. ¶ Quos idem ſæpe reuertens: oſtẽdunt puellæ: ut ſideris increſcat reprehenſio: ipſos fures noctu a ueſpera ad mane hominibus inſidiari: ut idem ueſper matutino tempore: ſed mutato noie quia tunc lucifer dicit reuertens eoſdẽ ſæpe cõprehendat. ¶ At lubet. Iuuenes loquunt. ¶ Innuptis: puellis quæ nondũ nupſerunt. ¶ Ficto q̃ſtu: ſimulata querela. quia uerbis carpũt: quod mẽte exoptant. ¶ Vt flos in ſeptis: pulcherrima ſimilitudo qua indicat puellas eſſe inſtar floris: qui in ortis nulla læſus iniuria dõec uiget: a plurimis optat: idẽ ubi humano ungue ſceptus languit: ab oĩbus repudiat. ¶ Septis: ſpinis. ſ. uel materia: uel aliqua alia re munitis. Pli. ſcribit lib. xx. ſæuã latrociationẽ coegiſſe hoies ut hortorũ aſpect⁹ ꝓfigerẽt. Plinius.

Plinius. ¶ Quem mulcent: tribus tantũ uerbis indicat quid auræ ſol & pluuiæ floribus conferant. ¶ Idem: flos. ſ. ¶ Defloruit: clanguit deflorere aũt ꝓprie eſt florẽ amittere. Plini. de faba loquens ſic ait aquas in flore maxime cõcupiſcit: cũ uero defloruit: exiguas deſiderat. ¶ Dum intacta manet: quo ad puella eſt integra. ¶ Dum cara ſuis: eo uſq a ſuis diligiť ſed ne quis mireť: huius tam diuerſæ expoſitiõis. auctor eſt Quintilian⁹. ¶ Amiſit poluto corpore florẽ: poſteaq̃ eadẽ per cõcubitũ uirginitatẽ q̃ flori cõparať amiſit: nullis quod ſequiť cara eſt. ¶ Vt uidua in nullo: altera ſimilitudo nõ minus pulchra q̃ prior qua oñdiť puellam donec manet intacta: eſſe uiti perſimilem: q̃ nulli arbori inhærẽs ſed humi ſtrata nullũ fert fructũ homini utilem & ideo eã nulli colunt agricolæ: ſed ſi eadem ulmo iuncta fuerit: ipſa iam fertilis ab agricolis & iuuencis coli icipit. ¶ Vt uidua: ea uitis diciť eſſe uidua q̃ in proximo nullã habet arborẽ: cui initať. ¶ Mitẽ matureſcentem. uitis. n. quæ negligiť fert uuam ſed quæ non matureſcit. ¶ Sed tenerã prono: ſenſus eſt ſed humi ſtrata habet radices. ¶ Marito: quia uites ulmis iunctæ illis nũpſiſſe uidentur. ¶ Cũ par cõnubiũ maturo tp̄e adepta eſt: cum tp̄e nuptiis deputato locata eſt. ¶ Cara uiro magis: quia iuuenis nupſit ¶ Minus eſt inuiſa parenti: pater eam minus odit quia ſi fidem quod perſæpe euenire ſolet: fefellerit ea potius mariti in cuius domo admiſſum eſt flagitiũ q̃ patris eſt ignominia. ¶ Et tu ne pugna, Iuuenes Iuliam cohortanť ne cũ Mallio uiro ſuo rẽnegando pugnare uelit: quia non eſt æquum pugnare cum illo: cui ambo parentes filiam ſuam in matrimoniũ dederũt. ¶ Virginitas nõ tota tua ẽ ratio cur cũ uiro pugnare non debeat: quia cũ ipſa uirginitas in tris partes diuidať: ſic ut una pars detur patri altera matri: tertia uero filiæ: nõ ẽ fas. ut filia unã tantũ partẽ hñs cũ parentibus qui duas partes hñt: pugnare uelit. Iuuenes ãt ad id alludere uideñť ꝙ in ſuffragiis & aliis in rebus maior numerus uincit minorem licet ille ſit melior.

Quẽ mulcẽt auræ: firmat ſol educat ĩber
Multi illũ pueri multæ optauere puellæ
Idẽ cũ tenui carptus defloruit ungui
Nulli illũ pueri nullæ optauere puellæ:
Sic uirgo dum intacta manet: dũ cara ſuis
Cũ caſtũ amiſit polluto corpe florẽ ( ſed
Nec pueris iucũda mãet: nec cara puellis:
Hymẽ o hymeneæ hymẽ ades o hymẽææ
Vt uidua i nudo uitis q̃ naſcitur aruo:
Nunq̃ ſe extollit: nunq̃ mitem educat uuã
Sed tenerũ ꝓno deflectens põdere corp⁹
Iãiam contingit ſummum radice flagellũ:
Hãc nulli agricolæ: nulli coluere iuuenci.
At ſi forte eadem eſt ulmo cõiũcta marito
Multi illã agricolæ: multi accoluere iuuẽci
Sic uirgo dũ itacta mãet dũ iculta ſeneſcit
Quõ par cõnubiũ maturo tp̄e adepta eſt
Cara uiro magis: & minus ẽ iuiſa parenti
Et tu nec pugna cum tali coniuge uirgo
Nõ æquũ ẽ pugnare: pater cũi tradidit ipẽ
Ipſe pater cũ matre q̃bus parere neceſſe eſt
Virginitas nõ tota tua ẽ: ex patre parentũ
Tertia ps matri data: ps data tertia patri:
Tertia ſola tua eſt noli pugnare duobus
Qui genero ſua iura ſimul cũ dote dederẽt
Hymẽ o hymenææ hymẽ ads o hymenææ

## VPER ALTA VECTVS ATYS.

Verſus hic cõſtat ex duobus galliãbis. ſũt. n. int metrorũ genera duo quorũ utrunq Galliãbon uocať. unũ genus pedes hẽt pyrrichiũ & tres trocheos alterũ pyrrhichiũ trocheũ & duos pyrrhichios: prius tñ genus in primo & ſecũdo loco nõnunq̃ recipit ſpondeũ. Atys fuit puer: quẽ forma egregiũ Cybele deorũ mr caſto ſibi amore deuinxerat iuſſeratq ut caſtus uiueret. Sed ipſe uel ꝑcepti oblitus uel libidine ut fit. expugnatus cũ ſagaride nympha cõcubuit: unde mox in furorẽ cõuerſus cultro lapideo pudẽda ſibi amputauit Verũ Catullus hiſtoriam hãc aliter texens ſcribit Atym ꝑ mare i phrygiã delatũ uirilia ſibi amputaſſe deinde in idã in qua dea colebať: aliis comitãtibus ſe recepiſſe ubi cũ ꝑ ſomnũ furore: quo pridie correptus ſe caſtrauerat liberatus eſſet: ad mare deſcẽdiſſe: ut de reditu in patriã cogitaret. qua re cognita cybelem cũ puerũ apud ſe in perpetuũ manere uellet: alterũ e leonibus miſiſſe. qui facto impetu illum in nem⁹ repulit. ¶ Alta ꝓfunda. ¶ Phrygium ut nemus intelligit Idam de qua Strabo ita diſſerit. Ida cum multipes ſit in ſcolopẽdræ modum his ultimis terminať promõtorio quod circa zeliã eſt: & eo quod lectũ appellať quorũ alterũ finit in mediteraneũ paulo ſupra Cizicenũ agrũ. Nã nunc zelia cizicenorũ eſt. lectũ uero i Aegeũ pelagus deſcẽdit in præter nauigatiõe ſitum q̃ in leſbũ finit: ut uenimus in plenã uenatu & fontib⁹ idam: Lectũ ubi primũ egreſſi maria alta relinquũt. ¶ Citato pede curſu feſtinato. ¶ Aditq opaca ſiluis redimita loca deæ acceſſit ad loca Cybeles frõdibus arborũ obſcura. ¶ Stimulatus ut furẽti rabiæ. Atys tã rabido furore ꝑcitus. ¶ Deuoluit amputãdo deiecit. ¶ Põdera pudẽda. ¶ Acuto ſilice acuto lapide: alludit ad teſtam ſamiã qua matris deũ ſacerdotes qui galli uocabanť citra perniciẽ uirilia ſibi amputabant. Martialis. Abſciſſa eſt quare ſamia tibi mentula teſta. Si tibi tam carus betice cunus erat. ¶ Vt relicta ſenſit ſibi membra ſine uiro: poſtq̃ intellexit ſe membrũ uirile perdidiſſe. ¶ Terræ ſola: terræ ipſi⁹ ſuperficiẽ. ¶ Sanguine maculans: cruore inficiẽs. ¶ Citata quaſi fœmina: quia iam uirilitatẽ amiſerat ¶ Tympanũ tubã cybeles: ꝗ tympana in ſacris cybeles pulſarenť: nemo eſt uel mediocriter doctus q neſciat. Ouidius lib. iiii. Faſtorũ ubi decantat megaleſia: ſic inquit. Cimbala pro galeis pro ſcutis tympana pulſant. Tibia dat phrygios ut dedit añ modos. Auguſtinus aũt tradit ideo magnã matrẽ q̃ & tellus & Cybele & ops & mater deũ uocabatur habuiſſe tympanũ: ut ſignificareť eam eſſe orbem terræ: & ob id in ſacris galli cybelei tympana pulſare erãt ſoliti. ¶ Tua mater initia: tua Cybele ſacra. ¶ Terga tauri: eſt tympãi ipſius piphraſis. dixit aũt terga pro tergora. ¶ Canere hoc: quod ſequitur. ¶ Suis comitibus: qui ipſum comitabanť. ¶ Agite hortať comites ut ſecũ nemus adeant: in quo Cybele habitans a ſacerdotibus coliť. ¶ Gallæ: dixit gallæ ñ galli: qa cũ uirilia ſibi amputaſſẽt erãt potius fœiæ q̃ uiri. ¶ Dindimenæ dñæ: Cybeles q̃ a Dindimo mõte phrygiæ in quo ſacra ſibi per corybãtes inſtituerat: dindimena eſt appellata. ¶ Vaga pecora: quæ cybelæ adictæ inſtar pecudũ per nemora uagamini. ¶ Alienaq petẽtes horũ quatuor carminũ ſenſus eſt & ordo: quæ gallæ mihi comites executæ ſectã meam amputãdi. ſ. uobis uirilia petẽtes uelut exules loca aliẽa me duce celeri tuliſtis rapidũ ſalum & truculenta pelagi: & corp⁹ uobis euiraſtis nimio ueneris odio. ¶ Aliena loca. Idã cybelæ ſacrã. ¶ Mi pro mihi. ¶ Corpus euiraſtis. pudenda amputãtes corp⁹ uirilitate ſpoliaſtis. ¶ Hilarate animũ. lætamini. ¶ Aere. æris ipſius ſonitu. ¶ Excitatis erroribus. eiectis e mente eluſionib⁹. q̃ uos errare faciunt. ¶ Segnimi. hortať iterũ comites ſuos Atys ut ſe ad idam ſequanť. ¶ Cimbalũ. pro cimbalorũ. ¶ Reboant. remugiunt. ¶ Tibicẽ ubi canit phryx. Tibias in ſacris cybelis inflari ſolitas ante indicauimus illo Ouidii uerſu. Tibia dat phrygios ut dedit añ modos. ¶ Curuo calamo. Talis erat ipſa tibia. quam priſci phrygiã appellauerũt hãc aũt midam inueniſſe indicat Pli. lib. vii. hiſt. nat. ¶ Vbi capita menades ut iaciunt hederigeræ. ubi ſacerdotes hedera redimitæ quaſi furentes caput q̃tiunt. dixit autẽ menades qa ut Strabo teſtať. ſacra cybeles & liberi patris cui⁹ ſacerdotes menades etiã uocabanť. erant cõia. ¶ Vbi ſacra ſancta. ubi de more ululãtes rem diuinã faciunt. ¶ Illa diuæ cohors uaga. appellat uagã diuæ cohortẽ ipſos cybeletos q diſcurrẽtes uagabanť. ¶ Quo: ad quẽ locũ. ¶ Citatis tripudiis. feſtinatis ſaltatiõibus. ¶ Nota. emẽdo noua. nã paulo ante uirilia ſibi amputauerat. ¶ Vlulat: more. ſ. luporũ. Taliter. n. ſacra ſua galli celebrabãt. ¶ Chorus q atym ſeq̃bať. ¶ Furibũda: nõ furibũd⁹ qa ãpli⁹ nõ erat uir. ¶ Veluti iuuẽca: ſimilitudo. ¶ Prope pedẽ: emẽdo ꝓpe pede. ¶ Sõnũ capiũt: dormiũt. ¶ Sine cerere: ſine cibo. ergo ieiuni. ¶ Labẽtes. emendo labantes: labare n. eſt repente ruere. Verg. Labat ariete crebro Ianua. & infra genua labant. ¶ Horis aureis. quas una cum ſole foribus cœli præſidere poetæ fabulantur. Ouidius. A dextra leuaq dies & menſis & annus ſecula ꝑ & poſitis ſpaciis æqualibus horæ. deſignat autem Catullus lucis aduentum. ¶ Sol qui ut Ci. in libris de natura deorum ait dictus eſt ꝙ per diem obſcuratis ſideribus ſolus appareat. Plinius. Ouidius.

Strabo

### De Berecynthia & Ati.

Super alta uectus atys celeri rate maria
Phrygiũ ut nem⁹ citato cupidie ped tetigit
Aditq opaca ſiluis redimita loca deæ:
Stimulatus ut furenti rabie uagus animi
Deuoluit ille acuto ſibi pondera ſilice,
Itaq ut relicta ſenſit ſibi membra ſine uiro
Et iã recenti terræ ſola ſanguine maculans:
Niueis citata cæpit manibus leue tympanũ
Tympanũ tubã cybeles tua mater initia
Quatiens terga tauri et teneris caua digitis
Cãere hoc ſuis adorta ẽ tremebũda cõitib⁹
Agite ite ad alta gallæ cybeles nẽora ſimul
Simul ite didymenæ domiæ uaga pecora:
Aliena: q̃ petẽtes uelut exules loca celeri
Sectã meã executæ duce me mi comites
Rapidũ ſalũ tuliſtis truculentaq pelagi:
Et corpus euiraſtis ueneris nimio odio
Hilarate ære excitatis erroribus aium
Mora tãda mẽte cedat ſimul ite: ſeq̃mi ( dæ
Phrygiã ad domũ cibles phrygia ad nẽora
Vbi cymbalũ ſonat uox ubi tĩpana reboat
Tibicẽ ubi cãit phrix curuo graue calão
Vbi capita mænades ui iaciũt hederigeræ
Vbi ſacra ſancta acutis ululatibus agitant
Vbi ſueuit illa duce uolitare cohors uaga:
